

*Bibliothèque numérique*

**medic@**

**Vésale, André. Andreae Vesalii,...  
Epistola [ad Joachimum Roelants],  
rationem modumque propinandi  
radicis Chynae decocti, quo nuper...  
Carolus V. imperator usus est,  
pertractans**

*Bâle : J. Oporinus, 1546.*

*Cote : 154*



**(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)**  
Adresse permanente : <http://www.bium.univ-paris5.fr/hist/med/medica/cote?00154>

*Ex dono D. Vallani*

# ANDREAE VE

SALII BRUXELLENSIS, ME

DICI CAESAREI EPISTOLA, RATIO

nem modumq; propinandi radicis Chynæ decocti,

quo nuper inuictissimus CAROLVS V. Imperator

usus est, pertractans: & præter alia quædam, episto

læ cuiusdam ad Iacobum Syluium sententiam recen

sens, ueritatis ac potissimum humanæ fabricæ stu

olis perutilem: quum qui hæctenus in illa ni

mium Galeno creditum sit, facile

commonstret.

*Ex bibl. S. Germani a p. 186*

Accessit quoq; locuples rerum & uerborum in  
hac ipsa epistola memorabili  
um, Index.



*cum gratia & priuilegio Imperiali  
ad quinquennium.*

B A S I L E A E.



ILLVSTRISS. MAXIMOQVE  
 TVSCORVM DVCI COS,  
 MO MEDICES, PRÆCIPVO  
 studiorum Meccenati, Franci-  
 fcus Vesalius S.



VVM nu-  
 per Iacobus  
 Scepperus, iu-  
 uenis meo qui-  
 dem iudicio,  
 in medicina,  
 & quæ ad il-  
 lam attinent  
 disciplinis e-  
 gregie uersa-  
 tus, huc stu-  
 diorum cau-

sa uenisset, illumq; de rebus nostratibus prolixè conue-  
 nissem, cœpi sedulo percunctari, quid medici apud Bel-  
 gas molirentur: & num quicquam ab illis, adiuuandis or-  
 nandisq; communibus studijs editum esset, cuius hic non-  
 dum redditi essemus certiores. Atq; is inter alia quæ-  
 dam fratris mei Andreae, tuæ Illustrissimæ Maiestati  
 addictissimi, tuarumq; uirtutū, quibus tantopere toti or-  
 bi cōmendaris, maximi admiratoris, ac apud doctos ami-  
 cosq; omnes strenui earum præconis epistolam protulit,  
 quam ex autographo à se descriptā affirmabat, multis  
 nominibus ita mihi eam cōmendans, ut in quorundā mani-  
 bus illam uariè descriptam apud Belgas uersari dice-  
 ret, quibus haud minus quàm ipsi digna putaretur, ut ty-  
 pis excusa, omnibus communis fieret. Quod quum nonnul-

A 2 lis, qui

lis, quibus hic est exhibita, perinde uideretur, non distu-  
 li Scepperum rogare, ut fraterni laboris copiam mihi  
 faceret, quo illū ocysus Ioanni Oporino, diligentissimo,  
 & non uulgariter docto, ex Græcarum literarum pro-  
 fessore facto typographo, mitterem: ne per sordidi ali-  
 cuius typographi oscitantiam, auaritiāq; expressus,  
 turpiter ederetur. Non enim me latet, quantus Oporini  
 erga fratrem meum sit amor, quaq; diligentia, ab illo  
 scripta, ex ipsius officina prodire soleāt: cui perinde ac  
 nostræ Vesaliorum familiæ, non parum ornamenti præ-  
 stiterunt de Humani corporis fabrica libri, cum eorun-  
 dem Epitome: quæ utinam tam turpiter ab Anglo quo-  
 dam (quem aliquando tamen fratri cōuixisse arbitror)  
 non esset prorsus uitiata, qui, quod succinctè & enumera-  
 tionis modo, nō sine singulari industria, in Epitome scri-  
 ptum fuit, locis quibusdam ex libris, quorum illa est epi-  
 tome mutuatis, adauxit: idq; quo illa in primis probanda  
 uenerat, omnino corrupit, eleganti quoq; pictura et scul-  
 ptura, tam ridiculè ruditerq; expressa, ut Oporinianæ  
 editionis augustissimæ imaginem nullam seruauerit. a-  
 deo ut nō iniuria mihi autor dolere uideatur, nomen su-  
 um ex Anglicana istac ineptissima editione, non subdu-  
 ctum, ne quis scilicet tam male expressas, & in tota ferè  
 neruorum uasorumq; seriè deprauatas icones, ab illo un-  
 quam prodijisse arbitraretur. Mirum sanè est, imitato-  
 rem illum, aliorū conatibus, quum tanta labore scriben-  
 di prurigine, insidiantem, non legisse epistolam libris de  
 Humani corporis fabrica præpositam, qua frater meus  
 tabulas suis sumptib. paratas, nulli se diligenti typogra-  
 pho nō lubens potius cōmunicaturū scribit, quàm ut malè  
 exprimerentur istæ, & in angustiorem formā (quæ nun-  
 quam

quam aliàs satis magna esse posset) cogerentur. Ceterum quòd ad præsentis epistolæ (quã libri nomine inscribendam putauerim, si non in epistolæ formã, ut cunq; prolixã & uaria sit, descripta fuisse, ac præter opinionem sub manu in libri molem excreuisse uideretur) editionem spectat, quia in hac fratris consilio uti non licuit, quòd scilicet metuerem ab aliquo illam prius deprauatẽ emitendam, quã de eius sententia mihi ob locorũ interual-  
la & Germaniam modò uexantes tumultus constare posset: spero illum meam operam & diligentiam non improbatum, aut etiam quòd ipse (quum quidam id quoq; moliretur) editionis autor fuerim, succensurum. Quò autem minus opinione mea fallar, laborem hunc sub immortalis tui nominis auspicio, & eiusdem splendore decoratum, medicinæ candidatis communem faciendum duxi: quòd mihi probè constet, fratrem tuam Maiestatem eo loco habere, quo magnates & literarum cultores ad unum omnes. Ille enim ab ijs cum quibus nunc indies uersatur, facile ac subinde audit, quid de sui consilij promptitudine, & singulari rerum bellicarum cognitione, & mira in illis (quæ semper tuta fuit) celeritate, et tuarum ditionum, quæ tam heroico animo nondum sufficere debent, sancto & nunquam satis laudando moderamine, passim feratur: adeò ut inter tot illustres & summos Italicæ principes, nullus nunc Germanis & Belgis æquẽ in ore uolitet, atq; COSMVS Tuscorũ dux. Quod non solum ob ciuiles illas bellicasq; animi dotes accidit, uerùm quia in tuo patrocinio literæ et disciplinæ omnes nunc ferè denuò ob multorum principum erga eas ignauiam, ne dicam illorum qui ipsis à consilijs sunt, aut præceptores dantur, inuidiam collabentes, foueri, & maxi-

mis progressib. augeri cernuntur. Scimus quidem, quàm  
 Medicum familia (cui iam unica uidebaris relicta spes,  
 nisi tam scitos atq; elegantes, summæq; opinionis pueru-  
 los orbi, hæredes tuarum uirtutum, procreasses) in hoc  
 uires uniuersas semper intenderit, ut præstantissimos  
 quosq; disciplinarum cultores ad se undiquaq; accersi-  
 ret, ac liberalissimè aleret: non usq; adeò sollicita, num  
 extra Italiam essent oriundi, & à cæteris Italiæ prin-  
 cipibus Barbarorum nomine haberentur. Quàm uerò  
 in hoc uirtutis genere, auos tuos superare contendas, ar-  
 gumento est uetus illa Pifarum academia, quam tanto  
 studio ac liberalitate pristinum nitorem capere uis, ut  
 nihil facias reliqui in aduocandis illis, quos suarum disci-  
 plinarum coryphæos esse nō dubitas: adeò ut neutiquam  
 mirum sit, tam paucis annis eam academiam tantos pro-  
 gressus magno omnium studiorum ornamento cœpisse, at  
 que modò inter Italiæ gymnasia plurimum illucescere.  
 Vt cunq; interim illi haudquaquam desint calumniato-  
 res, cœli Pisani inclementiam, in illo elegantissimo orbis  
 situ, rerumq; omnium amplissimo prouentu, nullis non in-  
 culcantes: quum tamen tuo beneficio, etsi propemodum o-  
 pus non fuisset, aquarum ductibus, qui soli culpabantur,  
 sit optimè prouisum: nihilq; intermiseris, quo iucundum  
 illic Musarum domicilium, emporiumq; institueretur.  
 hoc quoq; sedulo adhortante, multis disciplinis ac uirtu-  
 tibus ornatiss. uiro, D. Francisco Campana, tuæ Maie-  
 stati à secretis primario, tuarumq; laudū nō minus studi-  
 oso, quàm D. Ioannes Baptista Recasulanus Corto-  
 næ episcopus est: qui propter uaria, tum uerò maxime ob  
 incredibilem humanitatem, atq; in tractandis reb. prom-  
 ptitudinem, magnum sui in Cæsaris aula desiderium re-  
 liquit,

liquit, posteaquam illic *Maieſtatis tuæ orator eloquen-  
tiſſimus eſſe deſijt.* A deo, ut diuinitus confirmandis re-  
cuperandisq; diſciplinis, mundo eſſe datus exiſtimeris,  
id quod etiã omnes ilico augurari cœperūt, poſteaquam  
pater tuus *IOANNES*, omnium noſtræ memo-  
riæ belli imperator facile laudatiſſimus (ut fato non me-  
diocriter tribuebat) admodum te adhuc puerum, ex nu-  
triciſ ulnis, ab elatori quã quiſquam facile (niſi omni-  
bus in Italia ſatis cõſtaret) credere poſſit fenestra, præ-  
cipitem dari, tuo ad patrem properante genio, curauit,  
ut num & ſuus filius, & is quem ſperabat futurus eſſes,  
inde conijceret, quòd citra ullam noxam in ſuo gremio  
& pallio ſuſcipereris, ac non tanquã fruſtatim diuellen-  
dus, in terram collabereris, res ſanè militaris, ſed quæ  
non niſi maxima quæq; à tua indole expectanda prædica-  
ret. Præterquam igitur, quòd fratrem, ſuum hunc labor-  
rem, tua autoritate munitū, iudiciorum aleam ſubire ma-  
gnopere gauiſurū arbitror: illius argumentū huiuſmodi  
eſt, ut tuo ad omnia aptiſſimo ingenio haud improbandū  
exiſtimem. Nam præter nouorū remediorū uſum, atq;  
in primis decocti *Chynæ radiciſ* propinandi modum,  
(quod illis oblatum uideo, qui tuæ gloriæ ſunt ſtudioſi-  
ſſimi) aliaq; medica cognitu non iniucunda, quæ hac epi-  
ſtola continentur, rationes quoq; ſunt additæ, quibus ue-  
ritatis ſtudioſus expendere poteſt, *Galenum*, anatomes  
profefſorum facile primarium, homines non diſſecuiſſe,  
ſed alia bruta, ab hominibus multis locis differentia, de-  
ſcripſiſſe: præter alias in ſuper non ueras hiftorias, par-  
tium quoq; uſus, atq; officia, ſæpius non recte aſſignata,  
argumentaq; permulta in anatome non admodum ualide  
inſtituta. Quæ omnia à fratre ita propoſita quis merito

existimauerit, ut illis qui solis duntaxat libris fidem tribuentes, quo Galenū nullos prorsus anatomicos, uti nec alios ullos, lapsus cōmississe ostendāt, nescio quæ scripta iam toto ferè triennio (nisi & ante fratris librorū editionē incœperint) cōsarciunt, materia suppeditetur, qua singula quæ is seriatim, ac quasi sub locis cōmunitibus nūc profectitur, ordine diluant: neq; solum in Galeno laudando, uel calumnijs conuicijs'ue ob repertam nunc ueritatem describendis occupentur. Tua enim liberalitate, de qua fratrem inter multos non semel gloriantem audiui, & ad prouehenda studia alacritate factum est, ut hæc omnia in tua Pisarum academia fuerint in corporum dissectionibus ab illo studiosis demonstrata: & ipse conscius es, quàm presentibus corporibus eruditissimi, & ad Galenum purgandum paratissimi medici ac philosophi, in fratris sententiam descendere fuerint coacti. Imò spes aliqua studiosis affulgere debet, illum aliquando in tuam academiam rediturum, & medicinæ professioni corporum dissectiones adhibiturum: quò tanquã ad liberum, quem de disciplinis concertaturis præbes, campum, scribas hos, si modo tandem è multis (quorum nonnulli turpiter ab incœpto destiterunt) aliqui sese deproment, confugere uelim, ut perinde ita taciti ex fratris dissectionibus redirent, atq; quosdam medicos in illius sententiam pedibus & manibus descendere uidi, quum aliquando Patuij mensibus aliquot commoratus, illi anatomica frequentissimo coetu docenti adesset. Quamquam & ego nunc, qui subinde Iuris studio contra animi ad medica procliuis sententiam, à parentibus adhibitus, & rursus ab illo semper resiliens, multisq; peregrinationibus, quibus, nihil præter uariam linguarum peritiã com-

parauit,




paravi, iam diu deditus, tam diligentem medicinae studio operam me daturum polliceor, modisq; omnibus curaturus sim, ut quātum in me erit, Vesalius ne utquam à studijs in aulam esse auocatus sentiatur. quum eius uices aliquando in sectionib. obire conabor, ipsiusq; nomine, quæ uerissima hoc scripto proponit, alijs ostendere aggrediar, & acutos, quos Syluius illi (quasi ideo à pulcherrimo cœpto, ipsaq; adeo ueritate deterrēdus esset) minitatur, stylos, facile alacriterq; repellam. Quum enim nunc fratri parum uacet, illorum qui frustra in re eui uidētissima, sensibusq; obiecta Galeno patrocinari studebunt, nugas refellere, nō leuiter fortē meis studijs conducet, fratris officio fungi, & multo cumulatius quæ illis, uix ex dimidiato (quum rationi suisq; oculis fiaē derogent) hominibus, stomachum commouebunt, proponere. Interim illustrissimam Maiestatem tuam obnixè rogatam uelim, ut audaciæ huic meæ ignoscat, quòd tam liberè, & perfricta prorsus fronte, tot paradoxis, & à communi medicorū schola adhuc prorsus alienis dogmatibus eam patrocinari cupiam, fratremq; & me omnium reuerentia in deditissimorum seruorum loco, illi ascribam. Ferrariæ, tertio idus Augusti: anno post natum Christum, M. D.

LXVI.

B

ANDREAE VESALII.



DOCTISS. VIRO D. IOA-  
 chimo Roelants, medico apud Mechlinien-  
 ses primario, amico charis-  
 simo suo S.



ANDEM, u-  
 nà cum Vene-  
 torum Ora-  
 tore, Bernar-  
 do Nauage-  
 rio, tum ob in-  
 signem disci-  
 plinarum co-  
 gnitionē, tum  
 ob alia multa,  
 suę reipublicę  
 singulari orna-  
 mento, Rati-  
 sponam ueni,

ubi præter familiarium amicorum præsentiam, literæ  
 cumulatim mihi absenti aceruatæ, tædium ex animo  
 pepulerunt, quod Cæsaris iussu Noueomagi in diffi-  
 cilis grauisq; morbi conflictu deuorandum fuit. Mi-  
 rum sanè est, quantum uoluptatis frequentes & ex ua-  
 rijs regionibus profectæ amicorum literæ adducere  
 soleant: quæ nunc tanto maior obrigit, quanto plures  
 simul perlegendæ occurrerunt. Quàm uerò inter reli-  
 quas, binæ, quas adiunctis filij tui, optimæ in arte no-  
 stra spei adolescentis, literis, abs te scriptas reperi, me  
 oblectarint, uel inde cõncere potes, quòd tui erga me  
 amoris fidissimi sint testes, ac de rebus nostratibus a-  
 deoq; cõmunibus studijs perpetuò aliquid adferant,  
 cuius nomine mihi debent esse longè expectatissimæ:  
 præterquã quòd ex filij literis prolixè, quid Lutetię ma-  
 gni, mea quidem sententia, ueteris medicinæ uindices  
 molirentur, quisq; illic studiorum esset successus, red-

B 2 debar

debar certior. Cæterum dum tuarum literarum respon-  
 sionem, propter occupationes, ac quod parētibus de  
 priuatis rebus necessariò scribendum fuerit, distuli, il-  
 læ mihi redditę sunt, quibus rationem perscribi cupis,  
 qua radicis Chynę nuncupatę decoctum, Cæsari, &  
 multis in nostra aula nuper propinatum est: dein quid  
 de radice illa sentiam: ac demum quàm prosperę, quã-  
 que aduersę ualetudinis restitutione, ipsa utamur. I-  
 dem uerò & Antonius Zuccha conciuis meus, quem  
 ex rara comitate, insigniçq; doctrina tuis literis cõmen-  
 das, à me non uulgariter desiderat. Et mirum sanè est,  
 quàm nobis hic uicini Germaniæ medici, & qui comi-  
 tijs in suorum Principum familia intersunt, sedulò ac  
 diligenter de eius decocti apparatu percunctentur: ne  
 que prius molesti esse desinant, aut exigendi orandiçq;  
 finem ponant, quàm formulam nanciscantur, qua nos  
 decoctum illud offerre sibi persuadent, ut quosdam in-  
 terim taceam, adeò huius cognitionis cupidos studio-  
 sosçq; fuisse, ut suis principibus istius decocti uires ita  
 laudandas duxerint, ut illi apud Cæsarem medicorum  
 causa instare urgerẽq; non dedignati fuerint, quò à no-  
 bis uniuersus decoctum illud administrandi modus  
 ipsis exponeretur. Tantum nominis & opinionis bre-  
 uis, medicamẽto prestare potuit Cæsaris autoritas, qui  
 suo potius Marte, quàm D. Cornelij consilio (cuius  
 nunc potissimum opera, à D. Caualijs discessu, utitur)  
 Chynę decoctum assumpsit. Dum enim adhuc  
 Venetijs sub præceptoribus, & præcipuis illic artem  
 exercentibus medicis, ægros inuiferem, radix ista nõ si-  
 ne maxima expectatione, summisçq; laudibus illuc fuit  
 perlata: sed in usum infoelici successu, in uno atque alte-  
 ro posita: quod non tam medicamento uitio, aut id ad-  
 ministrantiũ imperitia euenit, quàm quòd in illis tum  
 propinari cœpit, qui alioquin mortĩ erant proximi,  
 quibusque nulla salus à medico speranda fuisset. Pri-  
 mo enim

*Occasio de  
 Chynę radi-  
 ce scribendi.*

*Quo successu  
 multi Chynę  
 sunt usi.*

mo enim, cui decoctum Chynæ propinatum uidi, illa ex Antuerpia simul cum empirico, qui eius usum probè noscere, ac foeliciter in Lusitania illam porrexisse affirmabatur, transmissa fuit: atque is nullum non graue Gallici morbi symptoma patiebatur, & ueluti in summa tabe mortem in faucibus gerebat: adeò ut simulatque sudor Chynæ beneficio prouocari uisus est, & urinae unà mouerentur, solitoque tenuior uictus accederet, ilicò expirauerit. Huius uiscera, quum parentum amicorumque hortatu examinarentur, talia occurrerunt, ut nequaquam ratio comminisci potuerit, qua in illud usque tempus uita homini producta, persuaderetur. Alter, cui eodem ferè tempore Chynæ decoctum offerebatur, Gallico morbo citra omnem cutis labem teneri uisus est, & cum summa corporis extenuatione, seu macie, insignem calculum in sinistro rene diu aluerat. Hic quum decocto diebus plus minus decem usus esset, & ab illo medici propter egregiam quam ipsi inesse putabant colliquandi, & urinas sudoresque prouocandi facultatem, temperandum suasissent, paucis post diebus cum grauissimo renum dolore extinctus est. Insuper, posteaquam Chynæ usus, propter graues potius laborantium noxas, quam ipsius dotes, ab omnibus irrisus eleuatusque fuisset, ac iam nulli propemodum in ore esset, alius ex Antuerpia uenit medicus, unum sanè & sacrum Chynam esse pharmacum, miro hiatu prædicans, ac nulli non morbo, quantumuis deplorato, auxilium præstare posse astruens. Huic (quum eruditione etiam aliqua commendari posset) tanta à nobilibus fides data est, ut tabe ac nescio quibus malis decumbenti Veronensi episcopo Chyna mitteretur. sed priusquam illa plenè uti coeperat, ad superos uir ille omni laude dignus comigravit. Adeò, ut tantisper dum in Italia fui, Chynæ decoctum procul reiectum fuerit: neque ego, præceptores imitatus, magni ipsum fecerim. Au

B 3 dio eo.

dio eodem propemodū tempore, in Burgundia quen-  
 dam studiorum mihi sodalem, Chynæ decocto ex ui-  
 no apparato magnis pollicitis usum fuisse: at tam pro-  
 sperè, ut uix interim illic Chynæ nomen auditum sit.  
 Verùm anno superiori, orbi clarissimus Ioannes Bapti-  
 sta Gastaldus, quando magna hyemis parte, tum pro-  
 pter neruosi generis sub lumbis cruciatum, ac ueluti re-  
 solutionem, & uentriculi pariter imbecillitatem decu-  
 buisset, & sub ueris primū initium sanitati restitui ui-  
 deretur, amicorum quorundam suasu postquam pro-  
 dire iam cœpisset, Chynæ decocto, non infœlici succes-  
 su usus est: perinde ac Hispanus ille nobilis, quem Me-  
 chlinia Bruxellam deuectū nosti, qui præ cæteris Chy-  
 nam plurimis commendatiorem reddidit. Illo etiam  
 tempore, quatuor aut quinque, qui Gallico morbo te-  
 nebant, medicos hortati sunt, ut ipsis quoq; decoctum  
 Chynæ propinaretur. ac in quibusdam laudandum fa-  
 tis uidimus euentum: in alijs uerò, & potissimum gra-  
 uius morbo uexatis, longè minus præstitum obserua-  
 uimus, quàm ex ligni Guaiaci decocto sperassemus. i-  
 ta fanè, ut Cæsarem tunc postposita Chyna, articularis  
 sui morbi & mali habitus occasione, Guaiaci decocto  
 usum haud ignores. At quandoquidem nouorum  
 remediorum apud quosdam nullus est laudandi finis,  
 ac primates Hispani aliquot nihil hac Chyna diuinius  
 in omnibus morbis adhiberi, cum alijs plerisq; præci-  
 puis uiris, Cæsari prædicarent, lignumq; Guaiacum in  
 Hispanijs, & quibusdam Italiae partibus procul repel-  
 li affirmarent, adhibitis unà uarijs quoque idem atte-  
 stantibus amicorum literis: Cæsarem decocti Chynæ  
 assumendi libido quædā inuasit, facilius huc allectum,  
 quòd tantopere uel ideo Chyna cōmendaretur, quòd  
 tempus quo hac utendum est, breuius, uictusq; ratio  
 longè quàm in Guaiaci decocto faciliior, minusq; legi-  
 bus (ut sic dicam) astricta, præscriberetur. Atque ita  
 effectum

effectum est, ut absentes, quibus summū mundi Principem Chyna usum esse cōstat, magnificè de hoc remedio & sentiant & iudicent: sibiq; multa deficere existiment, si non & ipsis huius decocti propinandi ratio comperta habeatur. Quanquam interim à Cæsare parum efficax in Chynæ cōmendationem desumi queat argumentum, quum quindecim tantum diebus, & in uaria uictus ratione, & mutato subinde propinandi modo, idq; potissimum suo arbitratu, Chyna usus fuerit: quum neque respirandi teneretur difficultate, neq; per interualla ipsi molestis morbi articularis cruciatibus: licet interim articulū quo sinister humerus scapulae cōmittitur, aliàs ex superiori anno adhuc in motu, quo brachiū uim musculi  $\Delta$  imaginem referētis attollit, nonnihil impeditum, modò prorsus liberum esse sentiat: & id quoq; in sinistro crure resolutum est, quod ex eodem tempore, iuxta malleolos & tali cum tibia articulum, utcunque motum præpedire, & elegantem aliòquin formam deprauare uidebatur. Præterea, Cæsareo animo, quum recte haberet, decoctum urgentibus negotijs intermittere uisus est, ut in autumno id rursus accuratiori cura repetere quodāmodo constituerit: nunc ea ualetudine præditus, qua in exercitu potissimum fruitur, et qua illum totius orbis causa cōtinuò esse, boni omnes supplicibus uotis optare deberent. Nosti enim, quā bellè tum in tanto exercitio & summis occupationib. ualere soleat. Adde quòd post Chynæ assumptionē ferè maturius solito surgat: interdum ante prandium ad uenationem, aut aliàs ad uicina que hic circumiacent amœnissima loca obequitans: ac non ita intempestiuè, post meridiem nimirum (ut aliàs sepe solet) prandens: adeò ut nunc maius interuallum ipsius lauto, & quod multis miraculo est, copioso prandio, ac tenuissime sibi ex more cœnæ, interueniat. Quibus rationibus etsi nihil aliud, saltem bonam concoctionem,

V. S. I. R. M.

ctionem,

ctionem, quæ alioquin solet subinde uitiari, nanciscitur. Verum à Cæsarianis medicis, cum quibus antea uersatus es, proculdubio non semel audiisti, quæ Cæsaris sit uiuendi ratio, & in medicorum præceptis obseruantia: adeò, ut D. Cornelium in eos grauiter stomachari haud mirer, qui non solum quibus modis uictus ratio instituenda sit, qua excrementiciorum succorum caueretur copia: qua industria uisceribus, ut inculpatè suo fungerentur munere, esset prospiciendum: ac demùm, si quid collectum esset superuacui humoris, quo artificio is priusquam in pectus aut articulos decumberet, præseruante artis parte foret expellendus: præterea quibus modis, articulis ne humorum impetum influxum ue susciperent, aut bonum aliàs delatum ipsis alimentum, in prauos succos, quos postea à se non abigant, commutarent, robur ueniat conciliandum: dein, quæ deriuando etiam humori ulcera essent adurentibus medicamentis quibusdam sedibus molienda, clam apud magnates quosdam obmurmurant, ac perpetuam sanitatem à respirandi difficultate & articulorum uitio immunem certissimò promittunt, sed libellis etiam ad Cæsarem scriptis hæc ipsi Principis alicuius prætextu proponunt, perinde ac si eos quos Cæsar suæ ualetudini præfecit, eiusmodi latèrent, isq; se tam miserè uexandum medicinæ subijceret. Pulchrè D. Cauallus, dum adhuc præsens esset, Cæsarem hortari solebat, ut tales sciolos accersendos curaret, periculum facturos, quantum illis eiusmodi medicinæ præcepta essent ex usu: quamq; facilius sit in scholis eleganter his de reb. differere, aut scribere, quàm ipso opere, in Principibus (qui & in medicinam imperium sibi uendicant) indies, ac præcipue in articulari morbo, qui omnes corporis artus aliquando non leuiter infestat, exequi.

Porro, hunc in modum aliò, quàm ad Chynæ decoctum, excurreret oratio. Promptè itaq; conijcis, quantum lau-



tum laudis huic decocto ex Cæsaris ualetudine depro-  
 mi queat. Cui propemodum illustrissimus dominus  
 de Bossu conferendus uenit, qui in eius decocti assum-  
 ptione, \* præscriptū quoddam ad Cæsarem transmis-  
 sum (ex quo ueluti ratio propinandi nostris desumpta  
 est) accuratius imitatus uidetur. atque id ad corporis  
 tantum exiccationem, & robur; nimirum ut ab arti-  
 culari morbo & neruosi generis imbecillitate, mitius  
 tractaretur. quanquam interim mensibus aliquot an-  
 te decocti usum, articularū cruciatu non minus quàm  
 modò laborauerit: dein, ille manuū tam multis annis i-  
 ipsi familiaris tremor, idem ferè à decocto, qui prius, ui-  
 detur. Dominus Ludouicus Sances Siciliæ regens,  
 uir tum multis rarisq; Naturæ dotibus admodum in-  
 signis, tum ob raram disciplinarum rerumq; cognitio-  
 nem nemini non obseruandus, ut uentriculi ex frigo-  
 re humiditateq; imbecillitati, & iecur intertextentium  
 uenarum angustia, & bilis meatuum obstructioni, ac  
 pituitoso ex capite defluxui (ut inæquali admodum  
 corporis est constitutione) probè occurreret, Chynæ  
 decocti laudibus perlectus, eoq; ab amicis prouoca-  
 tus, illud ipsi propinari uoluit. Verùm in isto coctio-  
 nis modus (quòd aqua uentriculū lædere uidebatur)  
 permutatus fuit, resiccāsq; uictus institutus, opportu-  
 nis etiā purgationib. uso. quamuis tamen eum uirum  
 integerrima ualetudine dignum, magis optatū finem  
 affecutum fuisse optauerim. Nihilominus suorum fa-  
 miliarium unus, cui decoctum eodem tempore exhi-  
 beri uoluit, ex morbo Gallico satis probè uidetur resti-  
 tutus. quanquam ante decocti administrationem, tum  
 uenæ sectione, tum epithymi decocto Mesues, ex me-  
 thodo interim in hellebori quātitate, seri q; lactis men-  
 sura, emutato, usus fuerim: uti & debitis in decocti usu  
 alijs purgationibus, & tenui exsiccanteq; prorsus ui-  
 ctu, qualem in Guaiaci decocti assumptione plerunq;  
 C laudamus.

\* Scriptū hoc  
 ad Epistolæ  
 calcem posui-  
 mus.

libr. 2. cap. 10.  
 uoluntas.

laudamus. Idem in aliquot alijs profeci: sed qui magis tamen Chynę decocto ex amicorum suasu, quàm meo hortatu, uti uoluerunt, at hi neq; ossium excrescentijs, tum moribus ue, neque prauis ulceribus scatebant, in quibus Chynę decoctum longè inferius Guaiaci decocto esse, compertissimum habeo. Adde, tanto foelicius omnia in decocto Chynę succedere, quanto proximius rationē imitamur, qua in ligni exhibitione utimur: modo illo magna ex parte immutato, quo Chynę decoctum propinari primùm occœpit, nisi fortassis amara bile refertus quispiã occurrerit, in quo corporis & morbi, ex arte, habita fuit ratio. Hęc ed recensui, ut intelligas, quò usque uoto tuo respondere queam, quo methodum præscribi cupis, qua Chynę decoctum propinamus. Nihil enim pudet me apud te ignorare, ac potissimum in eo medicamento, quod citra rationem tanquam per manus datum, nuda ducti experientia, non ita pridem administrare ausi fuimus. Hactenus namq; uel certum radicis nomen mihi constare non potuit, quum ipsa alijs Chyna, alijs Chynna, alijs Cyna, alijs perinde atq; tu scribis Echina & Achyna tantũ uocetur: quasi in insula quædã, aut locus Indię, uel nuper reperti orbis, ipsi nomen dedisset. Aduerit enim ab his, qui piper, charyophilos, gingiber, & nostrum cinamomum adferunt, tam Lusitanis, q̃ sub Cæsaris patrocínio nauigantibus. Hi referunt, circa maris littora illam colligi, & uerisimile est, ipsam in palustribus maris locis perinde prouenire, ut uariarũ harundinis specierum, stirpiumque illis similium radices nasci obseruamus. Imò si rectè eiusmodi radices expenderimus, posteaquam è terra euulsæ sunt, & occasione quapiã à nautis, aut piscatoribus, aut alia quapiã ratione in uaria & mole imparia frustra effractę, ac dein per mare diu uolutæ fuerunt, ac tandem in arenosis littoribus resident, profectò proxima huic nostræ Chynę occurret imago.

Neque

*Chynę radicis historia.*

Neque scio cui nam aptius ipsa conferri possit, quam nuper commemoratarum stirpium radicibus, quæ eum in modum casu in maris aut quorundam fluminum ripis sese spectandas offerunt. Nisi forte illæ magis nigricent: Chyna autem obscure uulgaris acori, aut etiam nobis appellatæ galange modo rubescat, imò quid huiusmodi acoro iam corrupto, stupidoque iam sapore prædito, Chynæ est similis: si molem demas, & duriciem. Chyna enim magnis & rudibus inæqualibusque frustis est conspicua, et paulo est lignosior: quanquam insigniter quoque sit fungosa, et radicem antè dictarum more, quum crescit, proculdubio est succulenta, uti ipsa ad nos aduecta, iamque impense resiccata, & teredinibus plerunque infecta, liquidò comonstrat. Qua etiam occasione mercatores inuenias, qui ut cariem & teredinem abesse fingant, Chynam perinde uulgari officinarum bolo Armenio inuoluunt, ac gingiber emplastica illa terra obduci nouimus, quod rubescens in officinis, ac potissimum Antuerpianis, prostat. Percunctatus sum comunem amicū Gerardū, an (ut est stirpiū, quemadmodum & reliquorū omniū, apprimè studiosus) in sua ad Turcam legatione, quicquā certi de Chynæ historia cognouisset. Verum aliud ab illo nequiu resciscere, quam Chynam Cōstantinopolim quoque aduectā, & Iudæo cuidā minori successu, quam ægorū spe ac opinione, in usu esse. A mercatorib. aliud nihil expiscatus sum, quam iuxta maris ripas Chynā reperiri, & incolas in scabie, perinde atque nos rumice aut lapatio, uti. Quanquā non desint, qui ut Chynam uendibiliorem reddant, omne morbi genus ipsius decocto ab incolis pelli grauiter astruant. Seligimus in nostros usus, similiter atque in rheobarbaro, ceterisque ferè radicibus, Chynam pondere præstantem, & quoad in aridissima illa radice fieri potest, succulentam, minusque teredine aut carie infectam, uel alioquin putre-

dinis uitio, quod ex fungosa & præhumida ipsius sub-  
 stantia reseruare inter exiccandū potuisset, magis im-  
 munem. Vt cunq̄ tamen in his, atq̄ inde in teretib. &  
 tenuiorib. frustis, à lignosis illis & mole rudibus, ac in-  
 teruallis quibusdam dehiscentibus, seligēdo simus stu-  
 diosi, adhuc tamen nobis obscuræ sunt tum primæ,  
 tum secundæ, ut uocamus, qualitates, quæ tanta præ-  
 stantia medicamentum donari arguerent, qua uulgò  
 pluribus commendatur. Quum enim ex sapore potis-  
 simum eas uires dijudicemus, quid insipido prorsusq̄  
 stupido saporis inesse fatebimur? Nam utcunque Chy-  
 nam, modò alioquin siccam & consistentia lignosam  
 mastices, ac dentibus conteras, nullo illam sapore præ-  
 ditam affirmare possis: longeq̄ adhuc minus (quan-  
 tum in illius, nō autem ex adiacentium pharmacorum  
 natura est) odorati quicquam præsefert, neque unctu-  
 osi quicquam, quod alij in ipsa obseruasse conten-  
 dunt, degustanti, aut aliàs pertractanti ostendit. Mul-  
 to sanè aliter, quàm lignum Guaiacum, extolli, lau-  
 dari ue meretur: aut etiam nostratia nobis que famili-  
 aria medicamenta, multis laudibus in eos usus efferre  
 possemus, ad quos Chyna tanquam sacra anchora re-  
 censetur. Nemo enim ignorat, quantum de minoris et  
 maioris centaurij radicibus, & rhapontico, & helenij  
 seu enulæ campanæ, & aristolochiarum, gentianæ, ga-  
 langæ, pentaphylli, lapatij, eiusmodiq̄ stirpium radici-  
 bus, unà cum capparis radice (si modo quid astrictio-  
 nis illa sibi uendicaret) ac dein absynthij, hyssopi, cala-  
 menti, pulegij, chamædryos, ac demum iuniperi ligni,  
 nostræ spicæ, fraxini liberorum & eius generis simpli-  
 cium decoctis, in præsentis negotio sperandum foret,  
 quando nō adeò cum ægris ipsis essemus infani, ut exo-  
 tica illa, quantumuis cum ratione & artis nostræ me-  
 thodo pugnent, tantopere admiraremur, in usumq̄  
 poneremus. Neutiquam enim colligere queo, unde  
 Chynæ

Chynæ ascribendū ueniat, quod nōnulli iam multo antè illi tribuerunt, atq; quo nunc nouo insultu, nouis (ut fama crescit) uiribus extolli cœpit. nimirum ipsam esse calidam, aperiendi facultate præditam, insigniter urinas sudoresq; prouocare, redūdantium prauorūq; & quantumuis uariorum succorum consumptricem & exiccatricem, sanguinisq; ita mundatricem comperiri, leniendi & abstergēdi uirtute donari: aluū modò laxam, modò, quū sudores urinasq; potissimū duceret, astrictā seruare: uentriculo pituita infestato remediū existere, iecoris & lienis uitia non mediocriter pel- lere: illis quos calculus excruciat, efficax præsidium esse, ipsumq; confringere: articulare morbū abigere, elephantiscis præcipuè prodesse, cutis uitia sanare, nō uul- gare in fistulis & malignis & alijs curationem non ad- mittentib. ulceribus auxiliū existere: Gallicū morbum tam qui nuper, quàm qui olim infestari cœpit, diuini- tus sanare, ac ex illo initiū ducentia ulcera eorumq; ci- catrices restituere: cuiuscunq; membri cruciatus pro- fligare, tumores dissoluere, aut qui ad suppurationem spectant, coquendo, dein aperiendo, extergendo, cica- tricem inducendo adiuuare: ossium corruptionibus & abscessibus salutem adferre: cōuulsos contractosq; nervos laxare, & resolutos emollitosq; resiccare: re- frigeratos & stupefcētes ex Gallico morbo nervos ca- lesfacere: tabe inde uexatos, obœsos reddere: putidis il- lis corporibus, ac ueluti cadaueribus, odorem gratum conciliare: oris foetorē tollere: difficulter spirantib. præ- sidio esse: lōgas anginas discutere: cerebri noxas ex Gal- lico morbo pendentēs abigere, & omne fluxionis ge- nus raro quodā beneficio sistere: deniq; iisdem uirtuti- bus Chynam, quibus Guaiacū, probari: imò longè plu- ribus, inuicemq; etiam pugnantis facultatibus, illam huic præferri. quoniā interim dictus iam antea stupi- dus sapor, citra omne astrictionis indicium, in Chyna oc-

currat. neque quantumuis simplici aquae incoquas, alium  
saporem aquae indes, quam ex hordeo corticibus non  
emundato, & minima dulcis radicis portione, confur-  
gere animaduertes, rubescente pariter non nihil Chy-  
nae decocto fului admodum uini instar, aut eius quod  
ex longa in cantharo mora ruborem contraxisset: adeo  
ut hinc quod ad manifestas qualitates spectaret, uix  
tantum in sudoris urinaeque prouocatione, & illis uirtu-  
tibus quibus Chyna hodie probatur, ex ipsius deco-  
cto, quam ex hordei, sperandum esset. Imo etiam du-  
cta hinc coniectura, quum Chyna in aegris utendum  
est, non lubentius decoctum ipsius porrigi debet, quos  
lentis illis febribus, & acris humoribus implicitos,  
biliosos que omnino habitus in Gallico morbo specta-  
mus: quibus fere duntaxat, quod ad artis methodum  
spectat, quicquam recte ex Chynae decocti usu succes-  
sisse noui. ac mihi etiam persuadeo, hinc primum Chy-  
nam fuisse commendatam. Quamquam mi Joachi-  
me, hic dum uariae & quodammodo ex diametro dis-  
sitae uirtutes Chynae attribuuntur, & quum illius de-  
cocto utentes (dextro interim medicamentorum, que  
ipsius administrationem necessario comitantur, u-  
su, uictusque opportuna ratione haud neglectis) opta-  
tum finem aliquando nanciscuntur, non desit asilum no-  
strum, quod nimium sane frequenter effugimus, ad re-  
conditam dico, occultamque facultatem, quam specifi-  
cam & essentialē nuncupamus, illa quartum medicamen-  
torum ordinem statuentes. Hoc enim refugium adeo  
late patet, ut nihil non amplexetur: nobisque nihil latens  
incognitumque obuersatur, quod non eo reijcimus. Ac  
proinde quid in praesentia occurret, quod in amplo i-  
sto campo Chynae non licebit ascribere? non quidem  
Chynae duntaxat, uerum quantumuis fungoso & pu-  
trido ligno: ita profecto, ut non amplius Chynae uires  
modo sint rationibus expendendae, quum hoc confu-  
gium

gium facile admittat, ut Chynam urinas sudoresq; mouere dicamus, & peccantes humores ita sudore ac per occultam respirationem educere, ut plurima pharmaca selectum aliquem peculiaremq; humorem expellere nouimus. atque huiusmodi prætextu nihil erit uirium, quod Chynæ à suis institoribus falso ascribi quiscquam affirmare possit.

Cæterum aliquando tempestiuum erit, Chynę decocti præparationis modum, & id exhibendi rationem, magna ex parte quodam Italico scripto nobis tanquam per manus traditam, persequi: quod eo præstiturus sum ocyus, minoriq; negotio, quo doctiori homini in artis nostræ operibus diu, & summa suorum ciuium ope, uersato, illa describenda uenit. Simulatq; igitur alui deiectione, primarumq; uenarum inanitione, ac dein, si occasio incidit, uenæ sectione, & opportuna redundantium humorum concoctione, ipsaq; demum purgatione, ex methodo pro morbi instantis more usi sumus, Chynam (ut & antea monui) præferimus, quæ densior sit, & minus teredinibus seu carie implicata, & quoad conijcere ualemus, in sua specie recentior, minusq; arida. Huius uncia, acutiori cultro transuersim in quam fieri potest tenuissimos orbiculos seu frustula discinditur, perinde ac si nummos in tereti figura mutuò incumbentes quis dirimeret, aut malū citrium, aut raphanum in mensa ex more transuersim in frusta conscinderet. Frustula uasi iniiciuntur fictili implumbato, seu, ut etiam uocamus, inuitrato, quod plus minus ob coctionis commoditatem sedecim aquæ libras capere possit, quodq; non nimium patenti sit orificio, cui cooperculum respondere debet. Frustulis dein affunduntur aquæ duodecim libræ, quam fontanam esse conuenit, aut alioquin illi proximam, quæ proprijs ac peculiaribus indicijs optimæ & laudatissimæ loco censetur. qua in obseruatione, non minimas partes sibi aquæ ductus uendicant,

*Chynæ decocti  
apparendi  
modus.*

*inobisum*

ne sci

ne scilicet per plumbeos canales lōgo progressu labat. Ut uerò Chyna aquæ horis uigintiquatuor melius im maceret, ollam calidis, nō tamen ignitis, cinerib. eo interuallo impositā seruare decet: dein lento & cōtinuo igne, qui fumum non edat, decoctio ad tertiæ partis euaporationem est celebranda. Fiet autem hæc opportunè, nocte, aut saltem sub uesperam, pridie quàm decocti usus erit. Licebit mox à coctione aquam per lineum pannū colare, & alteri uasi iniicere, aut ipsam non colatam in olla sinere, & tantū ex illa per colū traicere quantū suis temporib. æger est assumpturus. Ut ut uerò feceris, quādocunq; frustula Chynæ ab aqua cui incocta sunt, erunt libera, & leuiter supra colū alium uel pannum reficcata, aliquò in usum sunt reponenda, in quem ipsa in alterius cuiusdam decocti apparatus utilia audies. Adhæc uas, cui excolatam aquam commisit, aut olla cui incocta est, cineribus modicè calidis tantisper est imponenda, aut linteis pannis uel inuolenda, & non procul ab igne (ne aliquando refrigeretur) femouenda, dum illius decocti tota die usus erit. Id enim uni duntaxat diei seruit: & narrato iam modo indices quamdiu assumetur recens decoctum apparari decet, alioquin Chynam extollentes metuunt, id, si diutius asseruetur, acidum reddi, & quodammodo citius hordei decocto corrumpi: parū memores, quantum caloris & uirium aromaticarum Chynæ, illam tantopere prædicātes, alioquin tribuant. Huius decocti, quoad ferri poterit calentis, octo, aut paulo plures uncia manè propinātur: & item horis quatuor ante cœnam, in qua ut in prandio decoctum quoque tepidum potus uicem subire debet. Propinandi tempus, ut & in Guaiaci decocto, ex naturalis diei interuallis colligo, ut scilicet iusta ex uiginti quatuor horis statuatur spacia. Nimirū ut quarta hora manè calens decoctū porrigatur, octaua hora prandeatur, quarta rursus post meridiem

*Primi decocti  
Chynæ offerenda  
quantitas, & propi-  
nandi tempus.*



meridiem calens offeratur, octaua dein coenetur: uide licet, ut inter calentis decocti, quod mane exhibetur, assumptionem, & prandium, quatuor interueniant horæ: & inter prandiū, ac calentis decocti à meridie propinationem, octo: & inter hanc & coenam, quatuor: uti inter coenā & quæ manè offertur potionem, octo etiam horæ occurrunt, nisi fortè, ex quibusdam ægri rationibus postremum id interuallum educere statuamus, & prandium coenæ magis conterminum esse uelimus, decoctum manè una altera hora serius administrantes. Quando ægri decoctū manè sumunt, conuenit eos in lecto decumbere, perinde tectos, ac si sudorem pellicere uellent. qui posteaquā ex ratione prodierit, calidis pannis est undiq; nō detecto interim corpore, abstergendus: & subductis, si opus sit, linteaminibus, munda et bene resiccata subucula est induenda. Quamquam ne mox à sudore linteamina subtrahere cogamur, aut egro in frigidam lecti partem cōmigrandum sit, amplum aliquod linteamen in eam arctitudinem quater quinquies' ue complicamus, ut ægro ex longitudine substratum cruribus et brachijs uersus pectus obuolui queat. Dein alium pannum implicatum ceruici & occipitio subdimus, cuius capitibus finibus' ue pectus uniuersum cum uentriculi regione obtegitur, capite etiam secundum rationem munito. Præterquam enim quòd hæc lintea ad sudoris cōciliationem non parum accommodant, ipsa quoq; madentia ita auferre datur, ut post sudorem in siccis, & ex incubitu interim calentibus linteaminibus, æger aliquandiu quiescere possit, ac tandem è lecto sese conferre, & ijs quæ ad recrementorum cuiuscunq; generis excretionem faciunt tentatis, prandium assumere queat. Rursus quando ante coenam Chynæ decoctum porrigetur, in lectum sese conferet æger, eademq; quæ ante prandium facienda diximus, præstabuntur. Quòd uerò

D primis

*Qui sudor ueniat sollicitandus.*

primis dieb. ægri diutius & copiosius quàm insequen-  
 tibus sudent, uel me tacente, ex Guaiaci decocti propi-  
 natione, & serosi humoris in initio copia, nosti. quan-  
 quam multis numeris Chynæ decoctum, in sudoris u-  
 rinarumq; prouocatione, illo sit inferius. Occurrerūt,  
 quibus Chynæ decoctū nihil omnino sudoris mouit;  
 perinde atq; in crassis humoribus, aut in cutis densita-  
 te, hordei decocto sudorem frustra promouere niti-  
 mur: uti & Guaiacum ipsum, nō nisi post aliquot dies  
 interdum pari occasione sudorem prouocasse cōstat.  
 Cæterum in decocti ante cœnam oblatione, non mihi  
 satis constat, quamobrem nonnulli medici & in Chynæ  
 & in Guaiaci usu ab illa temperent, ac quod ante  
 cœnam aliàs porrigitur, horis aliquot à cœna iam dor-  
 mituro ægro offerant: non secus quàm si tota nocte il-  
 li in sudore stertendum putarent. adeò, ut Cæsar quo-  
 que rationem eam modò mutauerit, nescio à quo, qui  
 eum empiricorum morem esse ducebat, toto Guaiaci  
 usus tempore præscriptam. Quum enim à cœna eti-  
 am Chynæ decoctū initiò sumeret, ad domini de Bos-  
 fu & aliorum quorundam exemplum, eo more præter-  
 misso, horis aliquot ante cœnā id foelicius bibit, quod  
 dormiturus alioquin hauriebat. Chynæ usum præ-  
 scribentes, decoctū mane & à meridie propinandum  
 cyathi mensura offerri decreuerunt: cuius loco Cæsar  
 uncias plus minus decem assumpsit. Quandoquidem  
 uerò decoctum istud primis qualitatibus & secundis  
 hordei decoctum uix superans, quorundam uentricu-  
 los lædere conieci, sex aquæ libris ad duarum euapora-  
tionem Chynæ unciam incoquendam curauī, ut hac  
 occasione decocti quinq; aut sex uncie aliquando suffi-  
 cerent. Nonnunquā duas, & item tres Chynæ uncias  
 duodecim aquæ libris incoquēdas præscripsi, num sci-  
 licet decoctum hinc plus roboris uiriumq; nanciscere-  
 tur, periculum facturum, arbitror enim tam exiguam  
 Chynæ

Chynæ radicis prorsus insipidæ quantitatem, in tam copiosa aqua elixari, quòd multis coronatis libra diuendatur. Quanquam nōnulli hæc mihi cum illis conferenti, & ut idem periculum in suis facerent ægris monenti, eam uariandi rationem improbauerint, quòd occulta tantum uí agens medicamentum, aliò quàm cæteri experientiam præscribere testarentur, cogere uellem, etiam si uariandi ad Guaiaci rationem formula, in eo quod Chyna tentare coactus sum, nihil hæctenus obfuisse uisa sit. Pari quoq; occasione aërem in quo Chyna utentes uersantur, sub tepidum esse conuenit: argumento nimirum ab his quibus Guaiacum cōfert, desumpto: quantumuis qui Chynam propinare primùm cœperunt, non exquisitam illam in cubili recluso, & à libera respiratione seu euentilatione immuni, moram præcipiunt: imò post septimã aut octauam diem ægros prodire sinunt, modo mediocriter induti et à uentis liberi incedant, neq; alius parum aptè respondeat. Verùm hæctenus nulli Chynam porrexí, qui in eodem cubiculo se non cōtinuerit, aut saltem liberum aërem non fugerit. Haud sanè, quòd tantam Chynæ rarefaciendi uim inesse arbitrer, ut ob patentes cutis poros aërem Chyna utentibus grauiter obesse ducam: sed ut tepidus ille aër, & uestium copia, corpus ad sudorem aptius seruarent, debili que Chynæ uí suppetias ferrent. Atque hinc etiam est, non adeò anni temporis, quando opportunius Chynæ decoctum sumi possit, perinde ac in Guaiaci usu, rationem habendam esse: quum non tantopere à Chynæ decocti potu aëris tempestatem metuere debeamus, modicè nimirum rarefacta cute. Cibum iniunctus est primùm humectans, in humorum acrimonia & magna siccitate conueniens: elixi nimirum pulli gallinacei, aut capones: & pisces, si modo laudati ad manum essent, ægerq; illos auide appeteret. Panem non recoctum illum, seu, ut di-

D 2 cimus,

cimus, biscoctum esse statuerunt, sed aliàs cibarium, uulgato more, citra salis tamen condituram, coctum. haud aliter quàm in carniū elixatione, & omni usu, sal abesse cupiunt: aceti, acidorumq; materiam, & iurium quoq; frequentiam, & herbacea prohibentes. De in, ab assis prorsus primis quatuordecim diebus interdixerunt: uti reliquo etiam tempore à carnibus omnibus, quas in resiccante uictu laudamus. Cōcedunt insuper condita, quæ sub Conseruarum nomine in officinis habemus, modò ad dulcedinem spectent. quibus etiam adiiciunt cydoniorum carnem, aut succum, citra aromatici alicuius commixtionem paratum. Atq; ut semel dicam, quæ præcipiuntur uniuersa, à resiccante uictu prorsus sunt aliena: si mel excipias, cuius esum unicè commendant. ac opinor illos mel ad eum modum paratum innuere, quod coctum Hispanis nuncupatur, Cæsariq; hyeme in cœna familiare, & difficilis respirationis nomine admodum amicum esse nosti. Præterea neq; panis, neq; carniū, neq; alterius cuiusdam pondus non inscitè diffinitur, nisi quòd uictum præferunt tenuem: & quo exquisitior instituitur, eo ex Chyna foeliciorem successum expectādum affirmant: uerissimè adijcetes, non minorem fructum eius generis uictu, quàm ipso Chynæ decocto conferri. Ego sanè, in succorum acrimonia non possum non maxime hanc uictus rationem prædicare. Verùm quia sæpius Chynæ decoctum ab ægris ipsis propinare coactus sum, in quib. resiccans & tenuissimus uictus prorsus erat necessarius, promptè etiam tibi persuades, illam mihi fuisse mutandam: atq; ideo ad assa, passulas illas subacidas, amygdala, pineæ nucleos, & recoctum panem confugiendum, ex uniuersa præscriptione, cocto, & penidiarum in modum ducto tractoq; melle, uix asseruato. Neq; scribam, quo pondere, aut numero singulis usus fuerim, quum noueris morbi naturæ, &

ræ, & ægri consuetudini, ac uiribus, hac in parte multum esse tribuendum. adde, initio assumptionis decocti, quemadmodum & sub finem, longè secus quàm in medio, quum omnia conuenit esse parcissima, prope modum uniuersa oportere emutari: præterquã quòd diebus, quibus purgantia pharmaca offerentur, magna ex parte ueniat ægris indulgendum. neq; aliqua in re, perinde atq; in cibi pondere medici iudicium æquè debere liberum esse, mecum statuis. Potus, ut & antea in decocti, cuius hæctenus meminimus, apparatus dicebatur, ipsum præscribitur decoctum, quod tepidum in prandio & cœna, & si quando sitis aliàs molesta foret, opportuna quantitate porrigitur. Quanquã interim Chynæ institutores, adeò ægris conuiueri uelint, ut si uirès, aut alia quæuis occasio non admodum ardua exigant, uinum in prandio & cœna offeratur Chynæ decocto dilutum. Atq; hac lege Cæsar quidem priorem potum seu haustum ex uino in eum modum permixto, alterum uerò ex solo decocto magna ex parte assumebat. Ventriculi uerò imbecillitatis ex frigore causa, tanta aquæ uirgauer affici uidebatur, cuius antea memini, D. Ludouicus Sancez, adeò ut uinum quoq; illi porrigendum fuerit, præmansa interdum etiam medicamenti portione, quod tribus piperis generibus præcipuè constat: interdum uerò eius medicamenti, quod ex malorum cydoniorũ succo à Rhaze ad formã ferè describitur, qua medicamentũ prius in libris de Tuëda sanitate omissum, ac tandem amicorum hortatu ad illorũ calcem à Galeno subiunctum.

Somno decoctum fumentes, nocte potissimum uirgauer, illum horis ferè duab. à cœna incipientes. Qui à meridiè alioquin obdormire solèt, neq; inde noxam sentiunt, illis quoq; somno tum temporis nõ prorsus interdicitur. uti etiã absterfo sudore, laxis quodammodo uiribus, permulti suauiter somnũ capiunt. adeò ut

D 3 non tam

*Quis potus ex usu sit.*

*Somnus et uirgauer cuiusmodi.*

*Motus &  
quies.*

*Excremento  
rum cura.*

non tam consuetudinis nomine, quàm morborū quibus ægri tenentur differentiaē causa, somnum uarium præscribi promptè conijcias. Vti & exercitia quoque & quietem uariari, pro decoctum sumentiu temperie & habitu oportere, ex illis colligis, quibus Guaiacum propinamus. Rursus & ex Guaiaci decocti usu ad recrementorum expurgationem sumus solliciti. Ac de sudoris prouocatione iam prius dictum est, qui tantum, aut copiosior ferè primis diebus prouenire solet, & cum quo etiam sordes illæ tanquam in balneo facile mollescunt, abstergunturq; quas cuti ex insensibili expulsionem adhærescere scimus. Quod autem ad oculorum, aurium, nasi & oris dentiumq; sordium expurgationem spectat, ac dein ad pilorum cōfricationem, & quæ pectine fit diuulsionem, ac faciei manumq; lotionem attinet, nihil ab eo more emutatur, quem sanitatis tempore ex illam conseruantium præceptorum doctrina quis obseruat. Lotij urinæ ue excretio Chynæ usu non impeditur: quanquam minori, quàm ipsi tribui audio, illam promouendi ciendiq; facultate prædita est. Initiò, quemadmodum & in Guaiaci decocti usu, quando sudores potissimum promanare dicebã, urina occurrit magis rubra, tēporis successu natium ipsius colorem magis referens. Summa cura enitendū est, ut aluus aptè respondeat. solet enim quibusdam esse astrictior, idq; in primis inter initia, moxq; adeò à purgatione, & quando sudores ac urinas copiosius elici sentimus. Atque hic satis mirari eos nequeo, qui Chynæ decoctum primi propinarunt, quòd alui retentioni succurrere cupientes, singulis Chynæ decoctionibus, quibus tempore quo aluus astringitur utendū est, incoqui præceperint simul cum Chyna radicis apij drachmam semissem: ita enim intelligo dimidium octauæ partis unius unciaē, quod in illorum præscripto legimus. Apij enim radix, ut citãdis urinis aliquid subsidij con-

fidij conferret, ita alui feces impensius resiccaret, excretionisq; ineptiora praestaret. Ex aequo ferè mirandū uenit, quòd aluo subducendae iniectioes seu enemata probant, non quidem ex pharmacopolarum officinis, ut scribunt, deprompta, uerum ex cicorij aut boriginis stilliticio liquore seu aqua, adiecto rosacei olei momento; aut si id ad manum non occurrat, communi oleo simul cum sale parata. Non secus profectò, quàm si siccans omne & acre medicamentū tanquam hostem fugiendum proposuissent, praecipuusq; scopus ad humorum acrimoniam illis spectasset. Hactenus eiusmodi aquas non curauit iniiciendas: uerum coniectura ex Guaiaci decocto haud neglecta, Chynae decoctum cum sordidiori saccharo, interdum unà cum rosaceo melle, & uulgari oliuarum oleo (nisi casu medicamento sum aliquod ratio expeteret) intestinis infundendum iussi, quoties aluum clisteris beneficio deiciendam opportunum ducerem. Quia uerò ita stupidam Chynae uim in primis facultatibus comperi, uix semel illam in puluerem comminutam aluo subducendae eum in modum praebui, quo Guaiaci puluerem in eum usum alijs nonnullis eidem muneri idoneis miscere, & instar purgantis pharmaci offerre solemus. Porro quod ad animi effectus spectat, omnes qui Chyna utuntur, alacres uiuere, & moerorem omnem curaq; uniuerfas in illa solitudine, & ueluti cum *Animi affectus quales cōpetant.* carceribus comparanda obseruatione, procul pellere cupio; non ignarus interim, quantū discriminis in morborum curatione affectus animi segnes & liberi, remissi ue, ab illis habeant, qui magni & cōcitati grauiterq; occupati sunt. Iuuat enim nō parum Guaiaci decocto utentes, & maximè Gallico morbo uexatos, amicorum praesentia, & multa de rebus iucundioribus animumq; oblectantibus confabulatio: & lusus pariter, quo quis citra magnam animi intentionē, ac sagacem euentuum

euentuum præmeditationē, se reficere ualet. Inuenias enim lusus quosdā, ut est latruncolorū ille, quos non minus principis facultatis uires deijcere sentio, quàm quantūuis ardua & difficilia in disciplinis studia. Primum ubi Chynæ decocti propinandi modum lege-  
*Venerca.* rem, nequiuī satis mirari, ne quis ueneris uteretur, sed procul mulieres, quæq; ad uenerem sollicitare possent, abigerentur, sæpius repetitum: quum rationes mihi occurrerent, eos qui Guaiaco uterent, alia quàm uenerem cogitare persuadentes. Parum enim efficax argumentum uidebatur, quam quis astruere posset, humorum qui Gallicum morbum concomitantur acrimonia, eaq; temperies, quam biliosos & melancholicos ad feminis excretionem stimulare cōstat. Verum quando Chynam aliquandiu in usum posui, præceptū illud haudquaquam oscitanter prætereundum duxi. mirum enim est, quàm Chynæ decoctū bibentes, tignine teneantur: potissimum si non tenuis, resiccans & exquisitus ualde uictus unā instituat, sed ueluti in ocio animiq; remissione, citra exiccationem, in multo super dorsum incubitu enutriantur. Verisimile enim est, Chynæ tam fungosæ alioquin decoctum humiditate sua hac in re aliquid posse: secus quàm Guaiacum, & alia quæ cum eo in parem usum ex methodo porrigenda essent. Nolui itaq; hoc præceptum modò negligere, maximè quum quosdam interea dum decocto Chynæ uterentur, adeò ad uenerem prouocatos nouerim, ut quum diu à coitu temperassent, illumq; uarijs rationibus fugerent, à concubitu non abstinerint.

*Quandiu primo decocto u-  
sendum.*

Expectas, sat scio, ut tandem subiiciatur, quàm diu decoctum istud cuius apparatus supra indicaui, porrigere soleamus. Præscriptum, ex quo Chynæ usum ferè didicimus, uigintiquatuor dierum interuallū proponit: quod ego in meo arbitrato & iudicio posui, quemadmodum in cuiusq; methodo et ratione artem  
 pertra-



pertractātis arbitrio sitū existimo. Infra illud tempus, præter Cæsarē, aliquos præsentī decocto usos, haud noui: imò plurib. illud in plures dies educendum putauī, tãto foeliciore succēssum, quū alias obesse nō possem, sperans. Ceterū quūadmodū ante decocti usum, opportunis purgationib. & si necessitas urget, sanguinis missione ægrum euacuandū censui: ita quoq; obseruamus, ut singulis decem, plus minus, diebus pro ægrī natura purgatio instituat̄ur. Rursus huius decocti propinandi finem purgatione terminamus, quæ quā parum semper sit eadem, ex singulari tua in medendo industria non ambigis. Occurrit opinor tibi, quādo decoctum, cuius hactenus memini, colandum præcipiebatur, me scripsisse, frustula Chynæ quæ iam fuerunt decocta, in alium quendā usum aliquo reponenda esse, uidelicet ad noui, alterius uel decocti præparationem. Posteaquam enim abunde quis primo decocto usus erit, decem ferè insequentibus diebus, potus loco secundum decoctum, cuius modō parandi rationem subiiciam, erit assumendum. Prius coctorum frustulorum in umbra aut sole exiccatorum binæ uncia, libris aquæ selectioris duodecim in olla, qua antea usi fuimus, horis uiginti quatuor macerantur, & paulo plus quàm ad tertiæ partis euaporationē lento igne citra fumū deinceps coquuntur. Aqua ubi per colum traiecta est, potus uice administratur, ipsaq; decoctio ex præscripto etiam singulis diebus opportunè paratur. Huius usus non est tanta in cubiculo, aut etiam in ædibus mora, aut uictus obseruantia, aut sudoris & urinarū pro uocatione, ut prioris decocti. Chynæ decocti propinandi modum præscribentes, ut id pellendis quantumuis ægrè curationem admittentibus ulcerib. commodum esse astruunt, ita quoq; non neglexere, utendi morem præcipere, quo, Guaiaco morbum Gallicum multis prauisq; ulceribus infestantē curaturi utimur:

E nimirum

*Alterius decocti apparandi & sumendi ratio.*

nimirum ut ulcera Chynę decocto abluantur, linteisq̃ decocto madentibus obtegantur. Hac in re Chynam neque extollere, neq̃ etiam deprimere institui, quum hactenus occasio mihi non data sit, ut id abundè experirer: quandoquidem nullis qui ulceribus prauis, aut curationem aliàs respicientibus scaterent, & extremè Gallico morbo unà diuexarentur, Chynam porrexerim. Quanquam non ignorem, quosdam in simili ulcerum curatione exiguum promouisse, adeò ut diu leuis post aurem exulcerationis, aut ueluti intertriginis curationem frustra tentatam nouerim. Neque etiam assequor, quid cum ulcerum curandorum methodo Chynę iuri commune occurrat, cui nihil abstergendi aut exiccandi manifestis qualitatibus adesse, nobis, quantumuis etiam repugnantibus, fatendum est. Licet interim Chynę decoctum membris alioquin dolentibus aliquando non inutiliter adhibuerim, quod fortè calidi fatus nomine potius, quam alia occulta uis successit. Cæterum uti Chynam in uino coquere hactenus nō sum aggressus, ita quoq̃ aliud nullum medicamentū illi adieci, quemadmodū rumicis radicem, cyclamen, thus, stœchadem, & alia quædam Guaiaco nonnunquam mixta fuisse nouimus, quū priuatim aliquid Guaiacum impensius agere cuperet. Vt enim simplex Guaiacum mihi perpetuò arrisit, ita quoq̃ in nouo remedio id minus incipiendum duxi. Cuius etiam generis illud prorsus censerī debet, quod in cœlum usq̃ multis, & præcipuè mercatoribus effertur, perinde atque à non paucis huc ex Lusitania reducibus. Stirpis sanè genus, quod cui nostrati plantæ cōferre possim, prorsus ignoro, radix enim breuis est, & densissimè geniculata, quæ humiliori sede longos instar continuorum simpliciumq̃ ramorum furculos radicum uice deriuat. ex superiori sede inuicem proximi enascuntur magno numero stipites, quos lupulorum exiccatis sarmen-

*Sparte parilla propinandi modus.*

farmentis comparare possemus, nisi quod cortex mori in modum quodammodo quadratus, absq̄ aculeis interim appareat. Videtur in palustribus locis provenire, & uolubiliu ritu, quo sustineatur, fulcrum requirere. Folia aut flores hactenus non uidi, sed solam radicem cum stipitibus illis propemodum festucaceis, qui plures uiginti quinque ex una radice, palmæ longitudinem & duorum pollicum crassitiem uix superante, pronascuntur, toto ductu in nullas soboles diuisi. Stirps tota, in cubiti longitudinem fuit ad cōmodam uecturam, aut opportunam in sarcinis, cōpositionem citra fracturam, uitis sarmentorū instar complicata. Si quando autem explicatur, uiri propemodum longitudinem æquat, quātumuis interim cacumina desint. Hactenus enim unam duntaxat stirpem in nostram aulam ex Lusitania missam uidere contigit, cui charta Gallicè scripta adiacebat, quę stirpem illam Spartā parrillam (quod Hispanis ferè humilem morum sonat) uocari innuebat, magno mortalium usu ex India apportatam, qua omne morbi genus & Gallicus in primis pelitur, si quis sumpta prius opportuna ex præsentis medici iudicio, morbiq̄ infestantis natura, purgatione, illius stirpis unciam aque mensuris duabus incoqueret, & mane & ante cœnam cyathū eius decocti calidum biberet, ac deniq̄ potus loco in prandio & cœna assumeret, nullo ciborum usu interdicto, quem aliàs sanis commendamus. Adhæc, ijs qui decocto uterentur, liber ex ædibus egressus largiebatur, & decoctum ulceribus ac dolentibus membris linteorum in ipso mæfactorum beneficio adhibitum, insignne esse remedium addebatur: perinde ac sub finem propinationis, quæ ad uigesimam quartam usq̄ diem præcipiebatur, uti et in medio tempore, purgationem esse offerendam. Aliud præterea nihil in schedula occurrit: quamuis plus satis constat scriptorem, autorem ue, eundem ferè mo-

E 2 dum pro-

dum propinandi utendiq; uoluisse proponere, quem in decocto Chynæ exhibendo illic, unde spartam hanc parillam transmissam habemus, obseruatum sciuit, Stipites hos, aut sarmenta, non minus quàm Chynam, dicas prorsus esse insipida: imò magis omni manifesta qualitate, quæ in eiusmodi medicamentis meritò desideratur, quàm Chynam, destituta. Vnde etiã eorum periculum hæctenus non faciendum duxi, quandoquidem cui ab amicis diuini auxiliij uice sarmenta hæc missa sunt, Guaiaci decocto à morbo Gallico iam uideatur restitutus: & neglectis sarmentis eorum portiones quasdam assumere, & amicis, ut Indicas has imposturas expendant, transmittere, alijsq; medicis proponere mihi liceat. Hæc de Chyna mihi scribenda occurrerunt: eaq; sanè huiusmodi, quæ potius ad nostra, & nobis familiaria, quorumq; uis cognita est ad eius generis affectus in experientiam ducenda, sedulo urgere nos deberent, quàm ut occultis illis & aridis, insipidisq; et inodoris prorsus radicibus, seu stirpibus, quæ interim carissimò ueniunt, ægros uti suaderemus. Haud facile enim crederes, quàm foeliciter in pauperibus quibusdam Stephanus de Casala Cæsaris chirurgus penta phylli, quod tormētillam uulgò dicimus, radice sit usus, ipsius decocto citra magnam uictus obseruationem, aut in cubili moram, pluribus diebus mane propinato, & ulceribus subinde illo decocto ablutis, & dein emplastro uulgari tectis, quod quia tribus his aceto oleo & lithargyrio cōstat, triapharmacum nuncupamus. Neque etiam mihi suo tempore adhibitum improbari potest medicamen, instar numinis cuiusdã à Genuensium primatibus commendatum, & non sine maximis pollicitis ad perpetuum morbi articularis exilium, ante menses aliquot D. Marzilio Collæ, Cæsarianis equis præfecto, & meliori ualetudine ob multas quib. præditus est animi dotib. digno, missum fuit: ac

nunc item

*Nostratia et  
familiaria  
pharmaca potius  
quàm exotica in usum  
ponenda.*

*Chamaedryos  
decoctum.*

nunc item Cæsari quoq; ita oblatum, ut illum posthac (modò medicamen istud in usum posuerit) articulari morbo non apprehendendum, certissimò prædicetur. Continet autem uniuersa descriptio mehercule factis empiricè aliud nihil, quàm, in initio purgationem instituendam: dein chamædryos, seu humilis quercus adhuc uirescentis, si ad manum sit (quum ego resiccata interim, ut in alijs herbis siccandi facultate donatis, præferendam duxerim) folia conscindenda, uinoq; albo dein incoquenda, & eius decoctionis manè cyathum unum offerendum, tribus ante prandium horis. licet interea tanto magis à medicamento sperandum esse addatur, quanto eius potus prandium diutius antecesserit. In uictus ratione, ab acidis salisq; interdicitur, & uini illius potus ad sexaginta dies præscribitur. hoc adiecto, distillaticium humilis quercus liquorem, seu aquam, uino illi in uiribus (quod mihi ridiculum uideatur) conferri: ac proinde quibus decoctum minus placeret, aquam porrigendam. Aliud in uniuersum nihil habet huc transmissa scheda, præter insignem & turgentem titulum, & hominum magnū sibi subiectum catalogū, qui illius usu annis aliquot ab articulari morbo immunes uixere, et qui quum transmitteretur, eius usum aggrediebantur: in quorū classe Cardinalis Doria, antesignanus occurrebat. D. Ludouicus Panizza, nostræ ætatis præclarus medicus, Mantua Cæsarem hortatus est, tum ad multorum medicaminum, tum maximè ad terebinthinæ usum, cuius portio singulis dieb. uesperis, unius anni spacio esset deuoranda: opportuna interim obseruata uictus ratione, & repetitis subinde purgantib. medicamētis. Quàm uerò huiusmodi præcepta Cæsari frustra scribant, tibi satis perspectū est, qui eius mores uiuēdiq; rationem iam multis annis noueris. Ad hæc D. Gerardus noster, pro singulari simplicium medicamentorū in grauissimis

*Non mediocria de uero rhapsōico speranda.*

E 3 alio

alioquin occupationibus studio, inter alia quæ ex sua  
 ad Turcam legatione medicamenta secum aduexit,  
 mihi de Chyna (uti prius innuebam) percūctanti, rha-  
 Dioscoridis, rhapsonticum Latinis nuncupatum, exhi-  
 buit, non quidem radicem eam quæ simplicium medi-  
 camentorum eruditis, centaurij maioris censetur: sed  
 radicem illo uulgari rhapsontico tenuiorem, & magis  
 rufam, fungosam, aliquantulum leuem, non admodū  
 odoram: & quantum sanè sese offert odoris, id suaue  
 est, ad rheobarbari odorem quodāmodo spectans. In  
 magna mole uix ullum occurrit frustulum teredine,  
 aut carie infectum. Istud quoq; gustanti cum remissā,  
 sed insigniter notabili, astrictione lentescit: manduca-  
 tumq; colorem reddit pallidum, aut croceū, præstan-  
 tis rheobarbari modo: effractum dein, optimo rheo-  
 barbaro illa uenularum seu rubrarum linearum cum  
 albis interstitijs implexu, serieq; elegantissimè respon-  
 det: nisi fortè in hoc rhapsontico distinctus uariuscq; il-  
 le color, manifestior, inspicientiq; iucūdius occurrat.  
 adde, assumentī nullā inducere nauseam. Quum ita-  
 que hi qui Guaiacum offerre sunt auspicati, ac Chynā  
 demum cōmendatam cupiuerunt, ex Dioscoride eo-  
 rum medicaminum uires proposuisse uideantur, u-  
 bi is rhapsontici facultates admodū sanè insignes, & plu-  
 rimum differentes enumerat: operæ precij me factu-  
 rum spero, si in Gallici morbi curatione, aliquando ip-  
 so uti incipiam. potissimum quum D. Gerardo cōstet,  
 unde, præterquam ex Germaniæ nobis hic adiacenti-  
 bus mōtibus, aut uulgari illo hypolapathos, quod (nisi  
 & illud rhapsonticū sit) sub rheobarbari nomine in no-  
 stratib. hortis colitur, sui huius rhapsontici non medio-  
 cris suppeditari possit copia. Ego sanè ex paruo, quod  
 hæctenus in nonnullis quos Dioscorides recenset affe-  
 ctib. feci, periculo, nihil mediocre de hoc rhapsontico spe-  
 randum puto: unde etiam aliquando magis ex artis no-  
 stræ me-

stræ methodo de ipso, quàm in præsentî de stupida Chyna, aut Sparta parilla, me ad te scripturū arbitror. Interim arrabonis loco erunt frustra rhapontici, & stipites aliquot spartę parillæ, quas cum hisce literis modò accipies, Chyna apud Antuerpienses undique prostante. Verùm nunc ea impendent tempora, ut nō tam de curationibus, in quibus rhaponticum in experientiam ducere liceret, me sollicitum esse oporteat: quin potius, ubi probatissimæ Gerardi beneficio adductæ terebinthinæ, & gummorum resinarum, que, quemadmodum & metallicorum quorundam, periculum facere cogemur. In bello enim, quod nunc optimus & clementissimus Cæsar pacandis rebus Germanicis, magno sanè apparatu, sed non minori (qui utinā omnibus constaret) Germaniæ totius concordiam & pacem obnixè desiderāte animo instituit, morbo Gallico, aut uiscerum obstructionibus, aut diuturnis imbecillitatib. (cuiusmodi alioquin nos in primis & prolixè sollicitos habent) nō magnopere distrahemur: sed ossium fracturis, luxationibus, uulneribus, & id genus alijs, quæ ludum talem, iam aliquoties, præter illā quæ casu euenit, empiricisq; dūtaxat probatur, anatomen, concomitari expertus sum. Quæ uidens, temperare nequeo, quin manus subinde operi adhibeam, quas alioquin in illis affectibus abstrahere cogor, in quorum curatione ueram potissimamq; medicinę uim positam intuemur. adeò hominum iudicia sunt deprauata, ad medicum manus officium haudquaquā pertinere contententium. Quam opinionem medici augent, qui nihil habent medicinæ, præter quædam aluum lenientia pharmaca, & humores euacuationi preparantes syrupos: ac demum, cum euacuantibus aliquot medicamentis, & nescio quibus punctiōum & fotuum formulis, magnum supercilium, quo quæ in morbis uena fit incidenda, ridiculè contendunt. Adde pestilentibus

his ho.

his hominibus adeò subseruire calumniam, ut si quem aliqua ab ipsis ignorata cognoscere animaduertant, illum quidem eorum peritum fateantur esse, cæterum (quod ipsi nomine tantum sunt) medicum esse negant, quasi is demum medicus foret, qui nihil minus quam medicus uerè censendus sit: & perinde, ac si absolutior in aliqua medicinæ subseruientium disciplinarum diligentia, ad reliquam medicinæ cognitionem obesset. Noui enim, quantopere alij propter linguarum peritiam, alij ob mathematicum studia, alij ob simplicium medicamentorum sedulum examen, ab omnium horum imperitissimis, ac soli quæstui, procul semotis studijs, inhiantibus medicis, apud Principes, quibus aliàs ab astantibus cõmendabantur, traducti fuerint. Neq; tu ignoras, quantum, ubi primum in aulam uenissem, mihi obstiterit, nostra ætate prorsus collapsæ anatomes studium, meiq; quos medicinæ candidatis communes feci, conatus. At mi Ioachime, ita habent mortalium casus, ut quisque suas patiatu manes: & nemini non indies occurrat, quo se ipsum excruciet, seq; hac uita liberum cupiat. Quod sanè si quibusdam ex usu uenit, ijs potissimum familiare esse arbitror, qui aliquid cõmentando, & in lucem edendo sese oblectant: hacq; ratione nascendo moriēdoq; benè latitare nescientes, tot calumnijs sese exponunt: ac sibi autores sunt, ut indies de suis scriptis audiant, quod animum exulceret. adeò, ut illo potissimum nomine æquiore animo feram, me à dulci studiorum ocio alienum, in aula uiuere, & nō illustrissimi Tuscorum Ducis COSMI MEDICES, præcipui nunc denuò collabentium magna ex parte disciplinarum Meccœnatis, octingentorum coronatorum stipendio medicinam Pisis profiteri: eaq; modò me esse conditione, ut etiamsi maximè uelim, & quantumuis fortè philautia aliqua urgeret, in animum ducere nequeam, ut quicquam de nouo attentem, atq; de alicuius

*Infelices, qui  
aliquid edendo  
sese oblectat.*



alicuius editione deliberem. Vt enim cæteros præteream, ac de me loquar, ita omnes sunt solis propemodum autoritatibus irretiti, adeoq; paucos habet hoc seculum ueritatis studiosos, eosq; non nisi per cōpendia, aut dispendia uerius, disciplinas affectantes, ut multos mihi infestos audiam, quod in meis scriptis Galeni medicorum principis, & communis præceptoris, autoritatem contempsisse illis uidear, quodq; suis placitis passim non acquieuerim; denique uel ullum in ipsius scriptis lapsum reperiri, à me esse traditum. Parum fanè mihi & studijs nostris, adeoque seculo nostro æqui. Quum enim his gratulari deberent, quod falsam hominum mentibus insidentem opinionem, primus excutere, ac raram Græcorum imposturam detegere ausus fuisset, nostrisq; singularem inuestigandæ ueritatis occasionem præbuissem: multos tamen reperias, qui meos labores ob Galeni autoritatem, tam perfunctoriè intuentur, ut nihil prorsus à Galeno in anatome non uerissimè scriptum (sed citra corporis examen interim) adhuc contendant. Vidisti quidem multorū nostræ ætatis doctissimorū hominū scripta, qui meos iuueniles conatus longè supra meritū publicè cōmendarunt: suis oculis, nō autem Galeni scriptis, fidem ab illis tribui, haud illubenter fatentes. At multos esse intelligo, qui etiam si operæ precium me præstitisse annuant, & plura quàm in me sentio, mihi ascribant, tamen Galeni causa grauiter succensent, in quorum numero quemuis potius, quàm nostræ ætatis medicorum decus Iacobum Syluiū reposuisset, nisi literis per tuū filium transmissis, nimio impetu id attestatus esset, quū libros meos de Humani corporis fabrica à se legi indicaret, adeò ut nunc facile colligas, quid meis ad illum literis, quas, ut filij opera Syluio redderentur, Nouemago ad te misi, complexus sim. Miraris enim, quas chartas Syluio transmiserim; & si casu duntaxat ad Syl

OCCASIO literarum Syluij, quibus à Galeno nihil prorsus perperam scriptum indicabatur.

F uium

uium literæ essent, quid argumenti illæ pertractarent: arbitratus aliquid de studijs communibus contineri, quod tibi quoque indicatum obnixè desideras. uti es mearum nugarum cognoscendarū nimium cupidus. Syluio quidem illis literis respondi, ac diffusè quædam interieci, quæ ad suas literas potissimum facere perturbatori animo uidebantur. sed omnia maxima ex parte fuere anatomica; obseruationes nimirum, quibus ea quæ illum ægrè habebant, diluebantur: quæq; simul ostenderent, cur minus in illius sententiam descendere possem. Quum enim filius tuus Lutetiâ studiorum gratia proficisceretur, illumq; Vasseo, Fernellio, Oliverio, & alijs quibusdā quos eruditionis nomine plurimum obseruo, literis cōmendarem, in primis id apud Syluium, ut & tu quoq; conscius es, præstandum duxi: ac præter filij commendationē, nescio quæ de communibus studijs inserui: addens pariter, ut si quæ in meis libris Anatomicis parum eius iudicio arriderent, eorum me uellet reddere certiorē: quòd ad ipsum quoque qui magnum in Anatome nomen inter suos comparasset, attinere putarem, si quid à me ederetur, quippe qui sub illo medicinæ nomen dederim. Hac itaq; occasione Syluius literas scripsit, quibus ex more, et ueluti formula quadam, indicauit, se neq; tantum eruditionis, neq; authoritatis sibi arrogare, ut in re tanta arbitri aut esse uelit, aut possit: tamen quia illum iudicem statuerem, suam sententiam paucis aperire. dein, indignis modis Galenum à me perstringi scribens, subdidit, quibus præcipuè offendebatur: nimirum à me propositum esse, Galenum hominum corpora non secuisse: Venas manus in uiuis hominibus apparentes tantum spectasse: Libros de Partium usu ex alijs descriptos esse. Adhæc, alia quædam ex mea præfatione illinc desumebantur, ubi de Galeno propter medicos illum secutos censuram statuo, quorū nemo inuentus est, qui

est, qui non idem cum Syluio sensisse uideatur: quum scribat, sibi haecenus persuasum, nihil à Galeno perperam esse traditum. Vnde etiam literis suis inferuit, locis omnibus in quibus Galenum aut falso, minus uere rectè humani corporis historiam descripsisse, aut quædam præterisse, aut in officij aut partium usus parum uera enarratione deliquisse, aut uanas ad suorum dogmatum robur rationes ineffaciter adduxisse notare, prorsus culpa omni uacare. At quouis itaque prius, quàm ab illo, eiusmodi sententiam expectauissem, quò uidelicet admonitus, & iam rursus medicinam ex sue constitutionis ratione, ab initio, ubi mox Anatomie occurrit, docens, adeò ueritatis studiosus esse deberet, ut etsi citra offensam fortè Galeni libros iam sæpius prælegisset, nunc tamen eos aliter excutere, et affectu (uti ueritatis amatorem decet) remisso, quæ à me proponerentur, in corporum sectionibus conferre inciperet: aut si propter senium sola lectio plus satis exerceat, discipulos saltem ad inspectionem hortaretur. Nequeo enim probare, quod scribit, rationibus omnibus se operam in scholis dare, ne auditori uel suspicio etiam leuis obrepat, Vesalium à Syluio notari, quòd me plurimum amet, & magnifaciat, amicumque retinere uelit, modò Galenum criminibus falsis liberem, & culpam uel in pubertatem, uel in Italorum Galeno male uolentium studium transferam. nam illi mecum non posse conuenire innuit, nisi utriusque nostrum cum Galeno conueniat: addens præterea, quòd metum auget, etiam si ipse tacuerit, parietes nihilominus, ipsius de meis uigilijs sententiam elocuturos. Sui enim, scribit, aliquot discipuli in Anatomie ipsius suffragio exercitissimi, stylum in me acuunt, indignè ferentes in communem medicorum patronum aliquid animaduersum esse. Quare etiã certior fieri cupiuit, quid hac in re mea causa præstitum ab ipso uelim. quo pacto

F 2 uidelicet

uidelicet, cantata palinodia, acutos discipulorum stylos à me auerti optarem. Atq; ita mi Ioachime, argumentum in promptu habes, quod non densas illas solum & prolixas ad Syluium literas, sed et librum requirebat: non tantum ut illius iudicium retunderem, uerum ut uersatissimis illis in anatome (si Dñs placet) discipulis, argumentum pateret, in quo stylum tunc demum acuerent, quando acutis nouaculis sectionem diligenter perinde atq; ego, essent aggressi, & quæ summo candore et iuuandorum in primis studiorum causa proponebatur, citra affectum expendissent, loca accuratè conferentes: quo minus scilicet in Galeno laudando duntaxat occupati, ea quæ studiosis communia esse uolui, subdolè præterirent. Quanquam ego rerum nõ adeò sum imperitus, aut ita perfunctoriè Titi Liuij Carthaginensiũ, aut Homeri Troianorũ laudes animaduerti, ut nõ quantũ sterili mea ieiunacq; dictione datum fuit, Galenum tanquam bonorum omnium autorem, & rarum Naturæ miraculum, & medicorũ post Hippocratè facile principem, & dissectionis professorum primarium ac coryphæum, modis omnibus prædicandum putauerim: uel ideo sanè, ut mihi maior ex ijs apud posteros parata esset gloria, in quibus Galeni diligentiam primus omnium, qui ipsum sunt secuti, tot innumeris locis requiro, adeò ut Galeni commendatione mihi, qui, ita Dñs me ament, erga illum pietate & obseruantia nemini cedo, nihil possit, neq; etiam debeat esse gratius. Nec Syluius, aut sui quos narrat, aut quorum nomine abuti statuit, discipuli, mea causa in Galeno decantando debebant occupari: uerum quæ falsò illi imposita, ob affectũ quem nimis erga autores seruamus tenerũ, existimant, sub incudem potius sunt reuocanda, & accurata indefessacq; diligentia expendenda: ut hac uia cæteri ad ueritatis studium incitentur, & si quid parum obseruauerim, candidè monear: non  
autem,

autem, quasi cum Galeno pugna instituissem, & non grauius dolerem nobis ab ipso ita impositum esse, traducar, ac denique nescio quibus communibus rationibus tantum obruar. quas quo nam pacto in Syluij literis breuiter dilui, lubens perscribam: uel ideo sane, ut quando mearum literarum exemplar (nam ocyus propter nunciij opportunitatem responderam) mihi non seruauit, earum saltem sententiam inter eas epistolas reponam, quas de studijs nostris interdum ad amicos, aut de quorundam implicatorum & peculiare quid sibi uendicantium affectuum curatione in consilij, ut uocamus, forma, aegris, alijs uel medicis scribo, & nonnunquam inde excipiendas curo. Primum itaque, tanto minus me Syluij literis turbatum scripsi, quanto plures inter dissecandum uidissem doctissimos medicos & philosophos, quos quidem perinde atque ipsum egre habebat, me eiusmodi de Galeno proferre: quique incredibile arbitrabantur, eum medicinae parentem lapsus eiusmodi in Anatomicis uoluminibus commisisse, quae & diligentius & exactius, maiorique sui ipsius commendatione scripsisset: atque id in eo argumento, quo magis quam alio ullo, semper, etiam dum uiueret, ualuisse creditus est. Verum illi temporis successu coeperunt mitescere: neque aliquis in tanto numero occurrit, qui praesente corpore Galenum purgare pergeret, & non plus fidei suis oculis, quam Galeni scriptis, ut cunctis reluctans tribueret, adeo ut sperem Syluium quoque paulo post sententiam mutaturum, quando sensim in meorum librorum lectione perget, eaque ratione me suo patrocinio et amore neutiquam excludet. Quanquam si secus praeter meritum accideret, me quicquid id erit, mortalium calamitatibus adnumeraturum scripsi: quod haecenus mentiri, & contra animi sententiam loqui non didicissem: praecipue quum quae in me accusat, mihi indies augeri, & aetatem (quam pubertatem mihi a Syluiio

*Literarum,  
quibus Vesalius  
Syluius respondit,  
sententia hic scribenda  
de occasio.*

obiectam excessisse, nimis experior) nihil ex opinione subducere animaduerto. Vt non dicā, quī non mediocriter me oportuerit commoueri, quod ex Itatorum Galeno male uolentium prætextu, nescio quam excusationem præmonstraret: quum nulla diuinis Itatorū ingenijs Galenum magis colant & uenerētur, id quod uel ipsius operum editione abunde probarunt: etiam si Arabes interim non penitus contemnant, ex medicinæ candidatorum manibus neutiquam excutiendos, ita ut impudentissimus forem habendus, si in tam doctos, et de me optimè meritos, meicq̃ amantissimos homines, meæ negligentiaē (si qua modò in illis, quorum accusor, occurreret) culpam referrem: quum illi nō minus quā modò Syluius, meis placitis, ubi primū sectionibus interessent, contraire sint soliti: neq̃ illorum quisquam existat, quem unquam manum corpori adhibentem uiderim: ipsiq̃ satis norint, in hoc argumento illorum neminem mihi neq̃ præceptorem fuisse, neque adiutorem. Aggressus sum igitur literis ad Syluium ostendere, Galenum, etsi nihil de tanto autore grauius magisq̃ mirandum dici possit, humani corporis fabricam non docuisse: neq̃ etiam uerisimile esse, ipsum eius resectionem unquam intuitum fuisse. nam et si duorum hominum afficcata, & ad ossium cōtemplationē idonea cadauera à se uisa scribat, nullib̃ ipræterquam Germani militis (cuius etiā sectioni haud interfuit) dissectorum hominum mentionem faciens: constat tamen illum non hominis, sed simiarum in ossibus historiam complecti: quod in primis ex ijs cōspicuum est differentijs, quas inter hominem & simiam in illis præcipuè partibus sedibus ue esse intuemur, ubi Galenus ossium fabricam eum in modū recensuit, ut differentias quasdam adnotare nobis datum sit. Harū specimenis loco deinde aliquot, ut in mentē uenerant, literis Syluij commiseram; perinde ac si nunc ex uarijs occurrenti-

**G A L E N U M** *hominines non se, cuius, sed aliorum animalium historiam hominis loco docere.*

*Coniectura aliquot ex ossibus sumpta.*

currentibus modò locis, Galenum futuram in ossium superioris maxillæ historia describere indicarem, quæ à media sede ambitus oculi uersus superciliorum medium conscendit, ac in canibus et simijs, non autem hominibus, est eleganter conspicua: qui in oculorum sedibus, à Galeni descriptione uarijs modis differunt. Deinde alia simijs, illisq; animalibus quibus canini dentes longi sunt, & exerti, peculiaris narratur futura, quæ inter caninum dentem & proximū ipsi incisorium procedens, cuiusdam futuræ communis euadit, quæ transuersim in palato illis animalibus, ab uno canino dente ad alterum ducitur: quibus quum homo breuissima alioquin donatus maxilla destituatur, non possumus illi cum Galeno peculiare os ascribere, cui incisori dentes infigantur. Præterquam quòd Galenus parum uerè futuram ad caninum prorepentem, à superciliorum medio, cōtinuo ingressu ferri scripserit: quum interim ex medio quasi futuræ ductu initium sumat exterius nasi ossis latus terminantis. In caluariæ foraminibus magnum quidem inter hominem & simiam est discrimen: uerū uti Galenus ea nimis perfunctoriè expendit, ita quoq; ex foraminum historia, paucas admodū rationes in nostrā sententiā colligere possimus. Quamquam hoc loco prætereunda uix sit differentia foraminum, præcipuas soporalium arteriarū soboles transmittentium, quæ quū in homine transuersa, & nō mediocri naturæ industria longo progressu exculpta uideantur, simijs quodammodo recta obtigerunt, illis ferè foraminibus similia, quæ inibi neruis uiam præbent. adeò ut Galenus tam leuiter uel simiarum fabricam obseruauerit, ut longè secus quàm res habeat, aut insigne in arteriarū ductu Naturæ artificiū conspiciatur, tradiderit, soporalem arteriā cum tertio neruorū à cerebro prodeuntium pari, cōmune foramen exigere. Acuties uel capitulorum occipitis in cane, aut simia ossis,

quibus

quibus primæ articulatæ uertebrae, argumento est, hominis caluariam Galeno non examinatam, quæ illa capitula minimum habet extuberantia, posterioriçq; sede antrorsum longo ductu protensa, ac nihil minus quàm *κορώνης* nomen merentia: quum interim dictorum nuper animalium capitula insigniter deorsum educantur, illoçq; nomine inter reliqua capita, ossium finis subeuntia, à Galeno iure appellentur. Hominis inferior maxilla neutiçquam ulla coctionis ratione in summo mento, suiçq; medio potest dissolui: ut aliquot quadrupedū maxillas Galenus in duo distinctas ossa, uel interdum ante cocturam, disiungi obseruauerit. Et si nos Galeno pueruli uix benè nati maxillam ex duobus ossibus per symphysin coalitum ue commissis occurrissè, pietatis ergò fateamur: mox illum oscitantia arguemus, quod pueruli occipitis os, & quæ ossi sacro nectuntur ossa, & præter alia permulta, uertebrae ipsas pari occasione pluribus ossibus extrui, non docuerit. Atq; hinc firmiter mihi persuaserim, Galenū os *v* imaginem referens in homine nō uidisse: quū id, præterquā quod à brutorū osse, eius characteris, aut *λ* potius formæ comparato, multū differat, pluribus omnino ossiculis efformetur, quorum nexus & species multorum musculorum causa, uocisçq; occasione non uulgariter debent expendi, & quorum nullum (secus quàm in brutis) reperias, quod alijs non constructū ossiculis, *v* aut *Y* aut *λ* cōmodè assimilare queas. Quòd transversos septimæ ceruicis uertebrae processus in homine semper foratos intuemur, aliter uerò in canibus quibusdam, et propemodum omnibus: liquet propter aliorum anatomicorum sententiam Galenum scripsisse, illam modò foratam, modò inforatam conspici.

Quia Galenus in simijs, decimā thoracis uertebra, quam utrinçq; secus quàm in homine susceptam uidit, & duas illi subditas transversis processibus destitui arbitrat

bitratus



bitratus est, id ac si in homine similiter esset, protulit: quum nimium constet, decimam costam duobus nexibus decimę uertebrae articulari, quorū alter ad transfuersi processus apicem pertinet, qua etiam occasione illa transfuersis neutiquam priuatur processibus. Undecima dein & duodecima humani thoracis uertebrae, transfuersos quoque obtinet processus, licet minus multo quam superiorum uertebrae exertos. Ut modo praeteream, non semel Galenum (etsi falso interim) testatum esse, costas ad unam omnes, duobus ad uertebrae coarctari articulis. Quando hominis, & dein simiarum, canum, leporum, & id genus animalium uertebrae in posteriorum processuum, spinarum ue, & transfuersorum quoque processuum ductu intuemur: quid ueritati conformius censeretur, quam Galenum illorum animalium ossa, non autem humana, expendisse: quum, ut ipse scribit, inferiorum aliquot uertebrae thoracis, & dein omnium lumbos occupantium, dictos iam processus adeo conspicue sursum, aliter quam in homine, duci cernamus. Praeterea, in lumborum uertebrae Galenus peculiarem describit processum, nervis illinc ex dorsali medulla originem ducentibus propugnaculum: qui in simijs quidem & canibus (quorum etiam inferiores thoracis uertebrae eo donantur processu) ne utiquam latet, at hominem eo priuari plus satis scio. Breui sermone differentia inter hominem & simiam in ossis sacri & coccygis fabrica explicari nequit: quia tamen inde non mediocri coniectura haberi debet, Galenum humana ossa neglexisse, aliquot saltem uerbis opportunè recensetur. Homini itaque, sub infima lumborum uertebra, os insigne & forma admodum uarium reponitur, quod ut plurimum sex peculiaribus ossibus constituitur, inuicem per symphysin coalitum ue ita nexis, ut in hominibus aetate grandioribus, uix commissionis species in posteriori ossis sede

G occurrat.

occurrat, quum interim anteriori regione manifestum exhibeant nexum, aliquid cum corporum uertebrae commissione praeserentem. Est enim nexus ille magis conspicuus, ubi ossa ueluti corporibus (ut id ad uertebrae referam) committuntur. nam ubi in lateribus, & ueluti transuersis processibus inuicem construuntur, uix satis coalitus lineam exprimunt. Horum ossium series tanquam ex lata basi deorsum arctior reddit, nisi forte quis transuersos secundi ossis processus in latera magis, quam primi ossis processus, educi contenderet. Trium superiorum ossium transuersi processus, tum sinibus, tum tuberibus donantur, quibus apta coarticulatio cum ilium ossibus perficitur. Superior ossis sedes infimae lumborum uertebrae ita articulatur, ut illam uertebrae ipsi incumbenti iunctam nouimus: inferior autem sedes in tuberculum desinit, quasi uertebrae cervicis corpori proportionatum. Istud citra alium processum sinum subit, succedentis cuiusdam ossis, quod cum tribus ipsi subnexis ordine ossiculis, coccygis os in homine censemus, perinde atque os quod sex ossibus extrui dicebamus, sacrum os ab illis nuncupatum arbitramur, qui pueros domi in corporum dissectionibus, perinde atque in discendis elementis, seu characteribus exercebant. Quatuor coccygis ossis ossiculorum nexus, corporum uertebrae coniunctioni respondet: & cartilagineum ligamentum multo manifestius hic interuenit, quam in sacri ossis ossium coarctatione motus omnis prorsus experte. Infimum ossiculum in cartilagineum cessat, nullo foramine peruium: uti etiam nullum coccygis ossis ossiculum, foratum cernitur. Dorsalem enim non admittit medullam, neque neruis ab illa principium ducentibus uiam praebet, uti sane sacrum os, gratia dorsalis medullae tota ipsius longitudine non aliter quam uertebrae exculptum est, & elatiori sua sede sub innitente ipsi uertebra, neruis ita trans-

ita transmittit, ut à lumborum uertebri illis in latera exilire compertum habemus. Reliqua uerò ossium sacri ossis compage, & in anteriora, & in posteriora neruis educendis foramina cœlantur, ac sex utrinq; & in anteriori & in posteriori ossis sacri sedib. foramina occurrunt, duobus inuicem coalitis ossibus ita cõmunia, ut superius os maiorem foraminis portionem sibi insculptam gerat: nisi interdum quinq; tantum ossib. sacrum os efformetur, tuncq; primi coccygis ossis ossiculi alia cum sacro osse exurgat coarctio, unde ferè ex lateribus neruis ultimis uia in posteriori tantum sede præbeatur. Canis uerò & simiæ sacrum os, quod forma sacro hominis ossi conferri posset, tantum tribus extruitur ossibus, eundem cum humano osse coalitum commissionemq; molientibus. Inferior tertij ossis sedes perinde humiliorem lumborum uertebrae regionem imitatur, ut superior sedes primi ossis superiorem eiusmodi uertebrae regionem exprimit. Inferiorem tertij ossis sedem subsequuntur ossicula uertebri lumborū figura admodum similia, in processibus ferè omnibus, & potissimum in corporum & ascendentium descendentiumq; nobis appellatorum processuum nexu, & foraminibus dorsali medullæ et neruis ab illa pullulantibus, paratis. Hæc ossicula in canibus & simijs caudatis, plura quàm tria occurrunt: illisq; solida dein aut nõ forata subsequuntur ossicula, quib. cauda cõstituitur: aliter quàm in non caudatis simijs, quib. Galenus tria eius generis quæ sacro ossi proximè succedunt, præbet ossicula, coccygis nomine ab ipso dignata. Proinde si quis ipsius descriptiones simiarū, et dein hominū fabricæ hic cõtulerit, permulta occurrent, quæ de simijs rectè scripta uidebuntur, hominib. neutiquā conuenientia: aliàs statim Galenus sex foramina neruis parata, & ut minimum tria ossicula in homine ignorasse colligetur, præterquam quòd ossium, quorum illi cognitio-

201110

G 2 nem fuisse

nem fuisse donaremus, constructionis speciem non fideliter descripsisset: quum interim Galenum ueram simiæ historiam utcunque affecutum fateamur. Atque id de libris Administrandarum sectionum, & de Ossibus, dictum uelim, nam in libro de Usu partium, in homine ex nouem ossibus, quatuor tantum numerauit, nullam coccygis ossis, neque in hominibus, neque in simijs cognitionem habens. Accedit huc pectoris os, quod in simijs & canibus septem ossibus figura & magnitudine ferè paribus admodum conspicuè efformatur, non multo latioribus, quàm crassus: quum interim humanum pectoris os superiori sua sede latissimum sit, & multò quàm in reliqua regione crassius, & forma admodum diuersum. dein rursus sub finem ipsius latum quoque euadit, sed non crassum est: mox deinceps in cartilaginem coarctatum, gladij mucroni non absimilem. In medio autem longitudinis, & potissimum ilico ab elatiori sede, pectoris in homine os angustius est, ut inde etiam in lateribus lunatum esse ueteres accommodissimè tradiderint: adeò sanè, ut permagna sit humani ossis à simiarum osse discrimen, neque etiam septem ossa in hominis osse reperiens, & quotquot numero illa sint, alia multo nexus specie, quàm in simijs committunt. Illis enim par omnium ossium est coarticulatio: in homine uerò illa est manifestissima, qua primum os subiecto committitur, reliquorum ossium contextus in ætate consistente latet, uti perquam obscurus in pueris quoque est, tamen specie formaque & longitudine ossium à simijs ualde diuersus. Quando hominis mucronata cartilago, inter septimæ unius lateris costæ cartilaginis, cum alterius lateris septimæ costæ cartilagine nexu, non sola educitur, sed instar peculiaris ossis principiū obtinet, id os à superioribus adeò distinctum est, ut in mediæ ætatis hominibus, tria pectoris tunc occurrant ossa; & si fortè secundum os

dum os plurib. per coalitum commissis, in pueris extrui apparet, illa coarctatio simili non est comparanda. Et iam ante monui, quantum negligentiae in Galeni libris occurreret, si ad nuper natos, in sui purgationem confugeremus, quum interim sua descriptio quadrupedib. tam concinnè quadret. Adhæc solum in admodum senib. costarum uerarum cartilaginem aliquo modo osseam conspexi, neq; in mediæ ætatis hominibus osseum quid in cartilaginibus apparet: ut in canibus & simijs & ouibus ad summum incrementum nondū perductis, cartilagine osseæ, friabilesq; ac tantum cartilagine crustæ in modum circumductæ occurrūt, adeo ut haud mirandum sit, Galenum brutorum, nō autem hominū sectione ductum, superiorum costarum cartilagine osseas descripsisse. Pari rursus ratione, si Galenus Romanis medicis quum Germanum militem secarunt, perinde adfuisset, & illius cor non secus quàm elephātis, cuius tam prolixè meminit, expendisset, profectò non tam diffuse cor osse donatum contendisset, aut saltem differentiam hic adnotasset. Quæ quàm sit euidens, indagari uelim, quum decrepiti bouis, aut potius cerui cor cum humano ad manum erit, tunc enim nihil prohiberet, in ceruino corde osseam substantiam, ipsaq; adeo ossicula secus quàm in humano reperire. Quanquā hic aliquem mihi obstrepere nollem, si fortè in decrepiti senis corde substantiā obseruasset, quā merito cartilagini etiā duriori conferre posset. mirū enim est q̄ tota hominis constitutio sicca nuper commemoratis animalibus mollior sit, & quàm diu molles exhibeat cartilagine, & per coalitum paratos nexus, quos cartilago interuenire solet. Rursus quum scapulam ipsiusq; processum in examen ducimus, atq; certissimò nobis constat, elatiorem ipsius processum cui clauicula coarctatur, à primis dissectionum professoribus summum humerum esse nuncupatum, non ne luce clarius est,

loquuntur

G 3 rius est,

rius est, Galenum Hippocratis oratione delusum, in clauiculæ cum eo processu coarticulatione, tertium quoddam os hominibus, secus quàm res se habet, ascribere, quo simiæ destituerentur, quodq; summus humerus Hippocrati esset nuncupatum: ut interim taceam, tot citra hunc articulum processumq; pugnantes Galeni sententias. Quum enim Hippocrates summum humerum hominibus duntaxat datum dixisset, coniectura à bobus, canibus, ouibus, porcis, leporibus, equis, & eiusmodi quæ uulgò occurrunt quadrupedibus ducta, processum elatiorem scapulæ, cui clauicula neccitur, proculdubio subaudiuit, quum illa animalia eo processu, uti & clauicula, priuari certissimum sit.

Verùm Galenus processum illum in suis simijs obseruans (quòd nimirum illæ perinde atq; homo clauiculis donentur) tanta ueneratione Hippocratem habuit, ut tertium os in dicto contextu, in hominibus esse finxerit: arbitratus Hippocratem in sua oratione hominem simiæ, quemadmodum alijs quadrupedibus, quæ mensis adhibentur, contulisse. Quod si à Galeno præstitum fuisset, frustra iam diu tertium os in homine haud inquisuissem, neq; ista ratione occasio hac in parte se obtulisset, quo anatomes parètem hominũ cadauera non examinasse colligerem: quamuis et uerior humeri secundum ipsius longitudinem apud Galenũ descriptio (non enim passim sibi consentit) idem quoque attestetur, quum cani magis quàm homini competat. Perinde atq; brachialis os, quod in superiori ordine quartum recenseo, ac Galeno rectum & cartilagineum nuncupatur, etiam se in simia, non autem in homine, obseruasse ostendit: quum illi ut nerui cuiusdam propugnaculum sit, priuatim ascribat, ex interna manus sede ad externam deuoluti. Nerus enim ille me non latet, uerùm in hominibus os ipsum non contingit, multo' que minus secundum illud contorquetur.

quin po.

quin potius paulò infra mediū longitudinis cubiti ab interna illius sede in externam procedit, duas propagines minimo digito, & anulari, & unam medio, in externa illorum sede, communicaturus, est que soboles nerui, quem brachium subeuntium neruorum quintum statuo. Cæterum iam nimius sum in ijs quibus homo à simijs discrepet recensendis, ut ostendam hominis ossa Galeno non fuisse experta: quum semel suffecisset Galenum ipsum illic cōsulere, ubi tradit de Ossibus librum à se descriptū, cum sigillatim quale unum quodq; os esset, præcipue quidem in ipsis aridis hominum cadauerib. sin minus, in simijs certè diligenter inspexisset, ea oratiōe plus satis indicans se, omnia simijs & hominibus esse communia, suaq; saltem simijs, si nō hominibus, conuenire, prorsus fuisse arbitratum. Ac proinde posthabitis ossibus, in alijs partib. aliquot differentijs nunc propositū aggrediar. Mhiq; hic statim magnū inter simiā & hominem adipis ratione succurrit discrimen, qui homini similiter ac porco plurimus inter cutem membranamq; eam colligitur, quæ uniuersum corpus cutis modo integens, carnosa, inter reliquas corporis membranas, uulgò nuncupatur. Atque huius adipis crassities, qui in quibusdam sedibus, & potissimum circa mulierum boni habitus clunes facile palmæ latitudinem uincit, admodum uaria est, tum in unius corporis regionibus, tum quoque in orbœsis & macie confectis corporibus. Neq; ullum corpus adeò tabuisse obseruauī, cui non aliquid adipis, ac ueluti glandulosæ fibrosæq; adipi familiaris substantiæ, adhuc repererim. Quanquam hodie neminem adeò leuiter in hominum sectionibus uersatum scio, qui non adipis copiam & crassitiem inter cutem & dictam nuper membranam obseruauerit: insuper ipse aut simias, aut canes aggressus fuerit, uel lanijs in bouum, caprarum, ouium, aut uenatoribus in ceruorum leporumq;

*Rationes aliquot ex adipe, musculis, ligamentisq; ductæ, quib. Galenum hominis fabricā nō descriptisse colligitur.*

leporumque excoriationibus astiterit; haud dubie illum non latuit, his animalibus nullam adipem inter cutem & carnosam membranam ullo unquam tempore reponi, & citra adipis interuentum membranam cuti esse conterminam. Quod quum sit, ubi quaeso Galenus in libris Anatomicis illius adipis meminit, quam tanta mole hominis cuti subditam cernimus? Etsi forte quis molem illam Galeno, inde quod eius nullam mentionem fecerit, non ignoratam contendere statuisset, Galenus ipse tum alibi saepius, tum praecipue in tertio de Administrandis dissectionibus audiendus est, prolixè disceptans, quo artificio nerui & uenae inter cutem & carnosam membranam repentes, examinari debeant: ubi tam sedulo rationem docet, cultrum ita iniiciendi, ut cum cute membranam haud uulneres, ac ne à subditis partibus, laniorum modo, simul utraque auellas. Est enim non paruae industriae, in simia aut cane, quod inibi & in primo quoque de Administrandis sectionibus scribit, scite praestare, adeo ut de simijs opportunè praecerit. Verum nullus tam amens est, ut in homine cutem cum adipe & membrana, solius tantum cutis loco auferat. Neque sane in homine, ut neque in porco, quis admodum monendus est, ne cutem cum membrana in cruribus aut brachijs, multoque adhuc minus in pectore, abdomine & thoracis lateribus uulneret, quum sola cutis illi uenit auferenda. At luce clarius est, Galenum de suis simijs & canibus recte loqui, & hominis constructione ea in parte praeterisse: ut turbas sileam in scholis concitatas, quum ridicule de membrana carnosae uel inde disputari contigit, quod illam cum Galeno cuti proximam, adipemque eum hominis membranae substerni ex folis libris nauigantes assererent: qui non eò stupiditatis uenerant, ut abdominis musculos simul omnes, membranae, aut ut in Arabum interpretibus legitur, panniculi carnosae uice haberent. Arbitror enim tibi  
adhuc in



adhuc in animo hærere, quot nugæ in scholis Mondini illius carnosus panniculus mouere soleat. Huc accedit, hominis cum simia & cane discrimen in carnosâ membrana, ad thoracis latera occurrens. illis enim animalibus membrana inibi carnosâ enutritur fibrâ, musculosaq; ita efficit, ut Galenus peculiarem ex illa constituat muscolum, brachij motuum autorem. quum interim homo nihil hac in parte cum bobus, ouibus, & dictis nuper animalibus commune habeat. Adeo ut non mirum uideri debeat, me eo musculo hominem priuare, quantumuis carnosam illam in simijs canibusque sedem cum Galeno obseruem. Pari etiam ratione, muscolum quem à mammillarû sede sursum ad humeri articulum reperere, ac uersus spurias costas brachium agere Galenus prodidit, in caudatis simijs adinuenio, eiusq; historiam in meis libris, ut quædam Galeni loca dilucidem, prolixè enarro. Verum quando in hominibus neutiquam occurrit, & ipse quoque mihi autor est, ut Galenû simias, non homines, aggressum conuicem. Perinde atque musculus ille, qui in simijs ab occipitis osse carnosum principium ducit, & pari cum suo principio latitudine, instar musculi non nimium latius, totus carnosus tantisper obliquè non nihil antrorsum descendit, donec superiorem scapulæ basis angulû contingat: atq; hic in latum cessans tendinem, internæ sedi scapulæ inibi inseritur, ubi in ipsius dorso spinæ radicem statuimus, multò aliter quàm in homine, qui illo musculo prorsus destituitur: non minus quàm alio quodam in simijs à Galeno eleganter spectato, quem carneo initio ex transuerso primæ ceruicis uertebrae processu, ac deinceps & ex tertiæ & quartæ uertebrae transuersis processibus prognatû, dictoq; nuper musculo latiore redditum, scapulæ spinæ inibi insertum scripsit, ubi hæc summum educit humerum, ac ueluti è regione ceruicis scapulæ statuitur. Non enim muscu-

H      lus iste

lus iste in simijs me latet, uerum homines illo priuari  
 certissimò mihi constat. Atq; hic animum unà adhi-  
 beri optauerim, musculum simijs & canibus commu-  
 nem, qui à transuersis quoq; elatiorum ceruicis uerte-  
 brarum processibus enatus, in superiorem basis scapu-  
 le angulū inseritur, homini ualidiorem amplioremq;  
 quàm simiē obtigisse. Neq; etiam hoc loco subticen-  
 dum esset, q̄ Galenus prolixè superiorē eius musculi  
 partem describit, ac de illa in Lycum ferè sui oblitus al-  
 tercatur, quem ego monachorum cucullis comparare  
 soleo, mihi que secundus scapulæ motorum habetur;  
 quū interim humilioris eius musculi partis uix uerbo  
 post plurium musculorum enarrationem memine-  
 rit, adeò ut non uulgariter hinc quis persuaderi debe-  
 at, illum musculum non in hominibus, sed canibus po-  
 tius à Galeno dissectum. Præterea musculum quem  
 Galenus ab osse u imaginem referente initium ducere,  
 ac scapulae implantari, illamq; (in musculi illius officio  
 delusus) ab ipso attolli duobus in locis tradidit, in ho-  
 mine neutiquam uidit, aliàs enim illum toto ductu car-  
 neum esse, quemadmodum in simijs uidere est, nō scri-  
 psisset; neq; nullum omnino uniuersi corporis muscu-  
 lum imaginem illius referre proposuisset, cui maxillam  
 inferiorem deorsum ducendi munus concreditum af-  
 firmamus: qui duobus ueluti uentribus efformatus, in  
 medio ductu neruofus euadit, teretis tendinis formā  
 exprimens. Perinde ac musculus à scapula in os u simile  
 insertus, homini nerueus spectatur, ubi musculū subit,  
 qui à clauicula et pectoris osse prognatus, occipitis ossi  
 implantatur, capitis motib. subseruiens. Quòd uerò  
 musculus iste, in cuius mentionem casu incidimus, Ga-  
 lenum haudquaquam musculos caput mouētes in ho-  
 mine secuisse cōmonstret, illi demum in confesso erit,  
 qui caudatam simiam hic homini contulerit, & Galeni  
 descriptionem, quæ in uarijs & sibi hoc loco pugnan-  
 tibus uc

tibus uerior est, simiæ cōpetere didicerit, cui dicti musculi initia magis quàm in homine sunt distincta; cuiq; alius attenditur musculus, ipsi primùm ad insertionem connatus, multò sanè aliter, quàm in homine nos cum ijs qui Galenum præcesserunt anatomicis cōperimus, unumq; hic musculum statuimus, quum in simijs facile numerum augere liceat. Quanquã quod iam propono, adhuc dilucidius demonstrat secundū par musculorum caput mouentium, quorum apud Galenum descriptio nimis manifestò arguit, illud in cane et simia ab ipso dissectum: quum illis cōueniat animalibus, homini autem nequaquã, qui in eo pari tam multos cum forma, tum uentrib. pluribus, tum tendinibus, ac multiplici congressu admodum uarios exhibet musculos, quorū historia non nisi proluxa oratione recenseripotest: à qua temperare licebit, quòd nimium liquidò iam anatomem aggredientibus constare arbitror, musculos hominis caput mouentes nō fuisse à Galeno in examen ductos. Rursus si quadrupedum thoraci hominis thoracem longitudine cedere animaduertemus, non mirum sanè erit, aliam seriem musculorum thoracem agentium in canibus & caudatis simijs, quàm in hominibus reperiri, hincq; proculdubio in proposito axiomatis robur nobis argumenta patere. Nam Galenus musculum enumerat anteriori thoracis parti exporrectum, quem in canibus & caudatis simijs adinuenio, tanquam recti abdominis musculi partem. ubi enim is super costarum cartilagine in hominibus cessat, illic in istis animalibus quasi latum tendinem educit, costarum cartilaginibus secundum pectoris ossis latus exporrectum, & iuxta secundę costę cartilaginem carneo tubere depressi uentris musculi modo adauertum. Quando itaq; horum nihil in homine appareat, ex Galeni autoritate duntaxat musculum homini, meis oculis fidem haud derogans, ascribere nequeo.

H 2 Vtineq;

Vtineq; illum homini tribuo, qui Galeno perinde ac mihi in canibus simijsq; adamussim obuius fuit, qui à transuersis aliquot ceruicis uertebrarum processibus initium sumens, ac superiorum costarum motib. subseruiens, secundum anteriorē eius musculi sedem protenditur, qui à scapula enatus, octo superioribus costis instar manus inseritur, thoracemq; mouentium secundus mihi habetur. Scio etiā, me de lumborum carnibus (ut aliorum anatomicorum uoce utar) longē aliam, quā Galenum, historiam instituisse, magnamq; hic hominum cum simijs differentiam sese offerre: uerū quia Galeni hoc loco descriptiones prorsus interturbatæ difficilesq; mihi occurrerunt, & canibus interim & simijs non omni ex parte conueniunt, ab illis nullam mihi qua Galenus homines non aggressus probetur, rationem sumam: utcunq; tamen nemo ambigere possit, Galeni descriptiones canibus uel ob musculum quo abundant, multo magis quā hominibus esse accommodatas. Quemadmodum & in dorsi ligamentorum enarratione, hominis ligamenta non esse Galeno dissecta, uel ex illis animaduertes, quæ secundū dorsi longitudinem ad spinas exporrigi testatur, & in hominibus, uti tamen in bobus ferē & ouibus, non nisi optima ratione neutiūquam inueniuntur. Si latefcentem in extrema manu tendinem obseruauerimus, illum cuti depili manus undiq; in homine subtendi non audeamus asserere, quum carnea moles primum pollicis occupans articulū, & Veneris montis loco à Chiromanticis habita: dein illa quæ ad externum uolæ latus sub paruo digito consistit, atque ad Lunam ab ipsis refertur: item digitorum latera, illo tendine non obducantur, quamuis interim, quum simie manus contemplantur, ac depilem in illa regionē obseruamus, oratio Galeni magis ueritati consona deprehendatur. Huic nō est absimile, quod Galenus iam in dissectionibus exercitior,

citatioꝛ, neq; adeò ex aliorum placitis, aut sua imaginatione corporis fabricam scribendo fingens, tendinem cui tertij pollicis articuli flectendi munus cõcreditum est, graciliorem illis asserit, qui tertios reliquorum digitorum articulos flectunt. Videmus enim peculiarem quodammodo musculum in homine, tendinem ualidissimum uersus tertium pollicis os educere, alijs qui cæterorum digitorum tertium os accedunt neutiquã inferiorem. Quanquam non sit mirum, eiusmodi à Galeno posteris esse tradita, quum nouerimus simiæ pollicem longe hominis pollice et robore & mole inferiorem, ac proinde graciliori tendine contentum esse oportere. Quòd autem in non caudatis simijs, musculi huius et tendinis examen instituerit, inde colligo: quòd in caudatis, et languido exiguoq; pollice donatis simijs, musculus iste desideretur, eius uices subeunte tenui eius tendinis portione, qui illis tertium mediij digiti os flectit. Ex uolæ enim medio, portiuncula ab eo tendine pronascitur, pollicis transuersim deriuata: adeò ut tale quid Galenũ aliquando spectasse arbitrer, quũ quinq; musculos primi & secundi pollicis ossium flexionis autores in libris de Partium usu ignorans, rationem comminisci uoluit, qua pollicem super reliquos digitos uersus uolæ medium flecti ostenderet. Aiebat enim, musculum quendam in quinq; tendines diuidi, priusquam brachiale superaret, quorum quatuor tres æquales efformantes angulos, quatuor digitos accederent; quintus autem tendo cum illo qui medium digitum adit, tantisper colligatus duceretur, donec in uole mediũ pertigisset, illincq; tanquam habena qua auriga equũ agit, ex anulo transuersim pollicis porrigeretur.

Verũ nunc falsarum descriptionũ, aut repugnantium sententiarum nullam, neque etiam actionem, uel usum à Galeno ignoratum, persequi est animus: sed ea tantum, quæ hominem ab ipso non dissectum, me an-

H 3 nuere

nuere cogunt. Ex quorum classe & muscoli sunt cubitum extendentes, quos primo de Administrandis dissectionibus (in libris enim de Vsu partiū omnia de cubitum mouentibus musculis sunt ridiculè conficta) ut in simia habent, recensuit, adeò ut mirum non sit, tres musculos illum inter extendentes (secus quàm in homine obseruamus) numerasse. Quum enim unum principium homini ab humero, alterum ab humiliori scapulæ costa enascatur, ambo ante longitudinis humeri medium ita commiscantur, coëuntq̃, ac si unius musculi principia censenda forent. Deinde quando principium ab humero pronatum, in descensu carnosâ portione augeri à me scriptum est, id ita fit, ut arduū prorsus & difficile esset, illam alicuius priuati musculi loco habere: quum interim simiæ tres distinctos, neq̃ Galeni historiæ parum conuenientes exhibeant musculos, præter impensè gracilem quendam musculum, quem caudatis simijs à scapula in ulnâ ferri, in meis libris traditum est. Neque etiam sat memini, an principium musculi anterioris cubitum flectētium, quod ab interno scapulæ processu enascitur, simijs gracilius sit illo, quod ab elatissima ceruicis scapulæ sede originem sumit, quemadmodum Galeno placuit: quum interim in homine omnino secus uideri sit, internum enim principium insigniter latum est, partim nerueum, & partim carneum, externo interea principio teretis tendinis duntaxat imaginem referente: quemadmodum & internum quoq̃ in simijs fortè nerueum duntaxat occurrit, tendinis speciem referens, quod interior scapulæ processus illis minus quàm hominibus educitur. Vnde etiam Galenus in illo musculo promptius uidetur elusus, quem quum scapulæ motib. duntaxat subseruiat, non rectè altioris ad pectus brachij adductionis autorē posuit. Spectat enim musculus iste in simijs sua insertionē nō nihil in articuli scapulæ cum humero

ligamentum,

ligamētum, quum tam exiguam infertionem in internum scapulæ processum (secus quàm in homine) moli ri potuerit, cui tota infertio in insignem aliàs internum scapulæ processum pertinet. Primus tibiã mouentiũ musculus ab anteriori sede appendicis ilium ossis pronatus, & obliquo ingressu tandem in tibiã ductus, terti tendine hominibus inseritur: simijs autem, ut Galenus quoq; testatur, latiori. Quamquam non ex hoc tantum musculo, uerũ & alijs multis tibiã motoribus, Galenum posteris simiarum in musculis historiã reliquisse constat: quando omnib; anteriori tibiã sedi insertis tendinibus, latitudinem, (ut in simijs profectò cernimus) ascribat. quum homini interim sint terebetes, & compacti magis. Atq; hæc differentia in sectionibus multo insignior spectatur, quàm quis ex solis libris sibi persuaderet. Iam quoq; non minus discrimen exhibet musculus Galeno admodum familiaris, & latus ab illo nuncupatus, quem tibiã mouentiũ quartum censemus, aliam longe in simia quàm homine speciem sibi uendicans. Simiã enim ab infima coxendicis ossis sede, quemadmodum Galenus rectè prodidit (etiã si in capitum inde pronatorum serie & ordine enarrando peccet) musculus iste quartus enascitur, ualido sanè initio, quod mox in progressu auctum, latum simplicem que toto ductu efficit musculum, secundũ exterius femoris caput ad tibiã, infertionis que suã sedem prorepens. Homini uerò, quarti musculi principium omnino nerueum est, & paulò sub exortu primũ euadit carneum, exacti, quòd ad muris lacertæ ue formam spectat, non autem lati musculi speciem præferens. Quum medium longitudinis femoris quodammodo superauit, gracilior redditur, & externa ipsius sede insigniter nerueus, in tendinem cessaturus apparet: interna autem, qua carnis naturam adhuc seruat, portio quædam

quædam carnosâ cui femur initium præbet, illi perinde adnascitur, ac si peculiaris musculus ipsum auget, simulq; ambo rursus incrassatum cõstituerent musculum, tandem fibulæ apici ualidissimè insertum. Portio musculi loco quinti femur mouentium cõmemorati, quæ homini tendine tereti interno femoris capiti implantatur, carnosam simiis molitur insertionem. ac proinde non mirum est, id à Galeno haud secus quàm si & in homine idem occurreret, scriptis mandatum.

Atq; huic propemodum loco correspondet discrimen, in lateacente sub pedis planta tendine obseruatū. In simiis namq; musculus nos nō latet, qui ab externo femoris capite pronatus, postquam ad medium longitudinis tibie peruenit, in gracilem cessat tendinem, qui peculiari sinu in posteriori calcis ossis sede celato uectus plantam subit, inibi, ut in manu spectat, latecens. adeò ut Galeni dogmatib. simia hac in parte quadret: præterquam quòd calcis ossi neutiquam portione aliqua tendo iste implantetur, sed uix transuersi ligamenti beneficio illi committatur. quum interim Galenus tendinem hunc bipartitū, una portione calcis ossi innecti, altera plantā subire docuerit. In homine autem musculū in latecentem tendinem eductū neutiquam deprehendimus. quamuis interim nos non lateat ligamentum musculo obnatum, quem secundorum quatuor digitorum ossium flexionis autorem statuimus, quod tendinis eiusmodi uicibus fungi hinc liquidò patet, quòd musculus ille in quatuor sectus tendines, priusquam transuersa digitorum ligamenta subeant, non amplius ligamentū id sibi obnatum gerat. Verum id à musculo inibi abscedens, in quinq; processus deducitur, humiliori quinq; pedis digitorum regioni expansos. Nec est quòd quispiam musculum in ter pedem mouentes mihi tertio loco commemoratum, Galeni historiae competere credat, quum priusquam articulū

genu no.



genu notatu digno interuallo superauit, carneus esse  
 desinat, & internæ calcis sedi innascat in medio prope  
 modū ductu quem à tibia ad calcis postremū quis me-  
 tiretur. Adde illi neuti quā tantum molis esse, ut cum  
 nuper commemoratis hominibus peculiari ligamen-  
 to conferri queat. In præsentī non oscitanter inspicien-  
 dus esset tendo duorum primorum pedem agentium,  
 qui à femoris capitibus enati, impensius protuberan-  
 tem suræ regionem constituunt, atq; sub medio longi-  
 tudinis tibiæ simul in ualidum latumq; tendinem desi-  
 nunt, qui in caudatis simiis deorsum repens, & sensim  
 àrctior redditus nulli connascitur musculo, sed incom-  
 mixtus calcis ossi, quemadmodum pulchrè Galeni nar-  
 rat historia, inseritur: secus multò quā in hominibus,  
 quibus tendo longè supra calcis os, prorsus cum quar-  
 ti pedem mouentium musculi (qui cum duob. nuper  
 commemoratis suram quoq; efficit) tendine coit, itaq;  
 connascitur, ut integrum ad calcis usque os haud qua-  
 quam dirimere queas. Huic quoq; differentia illa  
 accedit, quam in quarti nunc commemorati musculi  
 tendine non ineptè quis expendendam duxerit. Gale-  
 nus namq; musculum hunc à tibiæ osse & fibula pro-  
 natum, in exactum & carne destitutum tendinem neu-  
 ti quā desinere, sed musculum illum adhuc carneum  
 in calcis os insertionem moliri contendit: ea nimirū ra-  
 tione, qua musculū eum in caudatis simiis inferi haud  
 ignoro. At homini secus fit, longo enim interuallo mu-  
 sculus ille priusquam calci inseritur, in exquisitū & car-  
 nis naturā nullibi referentem cessat tendinem, qui duo-  
 rum primorum musculorum tendine auctus, calcem  
 adit. Quod sanè Homerus non ignorauit, funis traie-  
 ctū describens, quo Hector Achillis currui alligatus,  
 circū moenia Troiæ raptabatur. Neq; hic etiā præ-  
 tereunda est spectatu elegans differentia eorū muscu-  
 lorum, qui commemoratis modò in posteriori tibiæ

I regione

regione substernuntur, quorum duo digitorum moti-  
 bus præfunt, illosq; mouentium secundus & tertius  
 mihi numerantur, unus duobus illis tectus, tibiæq; &  
 fibulæ ossi proximè accumbens, pedis motorum quin-  
 tus habetur. Præsentes enim musculi in simijs prius-  
 quam inferiorem tibiæ ossis appendicem contingunt,  
 sua carnea substantia arctantur, & cæterorum ferè mu-  
 sculorum, quibus teretes tendines obtigerunt modò,  
 in tendinem cessant. Homini uerò, peculiari quadam  
 forma, ubi tendinem sunt educturi, tam lati quodam-  
 modo spectantur, atq; in medio illorum ductu, tendi-  
 nemq; ex uno tantum latere depromunt, alterius late-  
 ris humiliori angulo adhuc carneo, perinde ac si angu-  
 lus carnei quadranguli censendus esset. Cæterum  
 præsentis negotio magis adhuc congruit, sexti pedem  
 mouentis musculi in homine discrimen, quo à simiæ  
 constructione euariat, ac cum Galeni descriptionibus  
 pugnat. Homini enim, in anteriori tibiæ sede, musculus  
 cæteris omnibus huius regionis præpositus, initiū du-  
 cit, ubi fibula tibiæ ossi committitur, & elegantem mu-  
 sculi speciem referens, sub medio longitudinis tibiæ in  
 teretem cessat tendinem, qui transuerso in tibiæ ante-  
 riori sede iuxta illius cum talo articulum occurrente li-  
 gamento uectus, in pedis os pollicem sustinens cessat.  
 Quum interim caudatis simijs tendo ille non tantū bi-  
 cornis reddatur, ad octauum pedem mouentium muscu-  
 li imaginem, qui secundum humiliorem fibulæ appen-  
 dicem in transuerso ligamento deductus, pedis ossi par-  
 uum digitum suffulcanti inferitur. Verum caudatis si-  
 mijs duo obtigerunt musculi disseccantib. admodū con-  
 spicui, quorū posterior multo anteriori ipsiq; instrato  
 gracilior est, ambo illi ossi implantati, quod sextum ho-  
 minis musculum admittere dicebam. Musculus secun-  
 di quatuor digitorum articuli flexionis autor, uel tan-  
 tum in homine à simiæ uariat, quanta latescens simiæ  
 tendinis

tendinis differentia cum ligamento spectatur, illi musculo obnato, præterquam quòd is tanto longioribus tendinibus in simijs est conspicuus, quantum illarum pes humanum longitudine superat. Neque mirum uideri debet, nos simiæ longiorem quàm homini pedem ascribere, cui Galenus omnium longissimum obtigisse proluxa oratione ostendit: sed quàm uerè interim, animum diligenter adhibenti, & à me contrariæ sententiæ admonito, facile constat. Iam pedis simiæ pollex à nostro uariis, illa quæ discrepans digitorum diductio, quam Galenus, quum citra sectionem ipsi occurreret, in suis libris haud subticuit, illum quoque docere debebant, aliam multò digitos mouentium musculorum constructionem in hominibus, quàm simijs existere. Nam etsi in illis describendis sui sit immemor, tamen illam ueritati proximam dices proculdubio esse sententiam, quæ simijs ab homine multis numeris uariantibus proximè conuenit. Atque ne omnes digitos mouentes præteream, secundi & tertij ipsos mouentium tendines expendendos putauerim. Prius itaque recensui, quònam pacto musculi illi posteriorem tibiæ sedem occupantes, suos tendines aliter in hominibus quàm simijs educerent, quorum series nunc est examinanda. Secundi in homine musculi tendo obliquè per plantam repens, maxima ex parte pollicem adit, ipsius secundo articulo ualidissimè insertus. Tertij autem musculi tendo, sub illo uersus terram obliquè uectus decussatim, seu instar X cum ipso situatur; ac tenuem omnino portionem à secundi musculi tendine assumens, illa quæ modicè aduictus, in quatuor tendines partitur, quatuor digitos accedentes, & tertij illorum ossis flexionis opifices. Atque hi illo qui pollicem petit tanto graciliores occurrunt, quantum pollex cæteros digitos crassitie & mole anteit. Porro in caudatis simijs, ubi secundi musculi tendo cum tertij tendine decussatim in-

I 2 dit, totus

dit, totus secundi musculi tendo, tertij tendini prorsus cōmiscetur, & cum illo coit, ac denicq; ex ambob. unus cōflat tendo: qui ex ipso coalitu gracilē tendinem portiunculā ue transuersim pollicis deriuat, illius os cui unguis firmat flexuram. perinde nimirū, atq; in caudatæ simiæ uola, tendinem tertiū mediij digiti os flectentem, portiunculam transuersim manus pollicis elargiri dicebam. Præcipua autē coalitus illius pars, in quatuor diducta tendines, cæteris digitis exporrigit, multo portiuncula pollicem ad eunte crassiores. Ceterum nō mirū esse debet, diuersam illā pollicis fabricā frequētes in musculis differentias parare: qualis etiā ex musculo cōsurgit, qui à pedij osse indicem sustinente priuatim simiæ pollicis inserit, illūq; indici proximè adducit. Quemadmodū quoq; alia series est carnosæ illius in homine molis, quæ in superiori pedis sede reposita, unū tendinem pollicis largitur, & trib. illi proximis digitis, illos cū pollice in externū latus inclinās. Nam simiæ pollicis perinde atq; in manu duo musculi obtigerūt, superiori illius sedi implantati, quorū gracilior illius tendinis officio satagit, quem nunc ex superiori pedis sede ipsum adire dicebā. Ac dein duo satis circūscripti musculi superiorē pedis sedē occupant, quib. quatuor digiti à pollice (uti Galenus rectè scripsit) simijs abducunt. Sic musculi primos digitorū articulos flectentes in hominis pede, nō tam cōmodè possunt in numerū colligi, ac magis instar carneæ indigestæq; molis sunt conspicui, q̄ in simijs, quib. cum manus musculis elegantiorē proportionē exhibent. Sed quid absōni est, in pedis musculis tot differentias cumulatim sese proferre, quū magnum in motib. obseruemus discrimen, & nunquā parem constructionē in operationum actionūq; aut usuū uarietate inueniamus: Suffecerit itaq; ex musculorū ligamentorumq; historia hæc loca attulisse, quibus Galenū hominem non secuisse conficerem. Quod num perinde inuenis

in uenis et arterijs usuenerit, nullius sanè autoritatem  
 equè ac suam argumento futuram putauerim. Si enim *Loca nonnulla ex uenarum arteriarumq̃ serie desumpta: quib. Galenus homines non secuisse colligitur.*  
 ipse librum de Venarum arteriarumq̃ natura, & qua  
 per uniuersum corpus diffunduntur serie, conscriptu-  
 rus, apertè Antisthenem monet, se illa de uenis ac arte-  
 rijs in commentarios redacturum, quæ in simijs ipse  
 spectauerat, nulla hominis habita mentione: quid no-  
 bis secus est colligendum, quàm simiæ uenarum arte-  
 riarumq̃ ductum & distributionem à Galeno descri-  
 bi: idq̃ adhuc magis, quum in nullis Galeni libris alicuius  
 discriminis ipsum meminisse sentiam, quo simias ab  
 homine in uasorum propaginibus differre cognouisset.  
 Nisi locum fortè in decimo commentario in secundum  
 Hippocratis librum de Victus ratione morborum acutorum  
 exceperis, quo occasione, quam mox dicam, sumpta, hominis  
 sine coniuge uenam secus q̃ simijs, à caua uena initium  
 sumere, præter rei ueritatem est imaginatus. Simulatq̃ enim  
 notatu digna quedam ex multis discrimina proposuero, quib.  
 homo à simia et cane uasorū digestiōe ductuue uariat, aliquid  
 de uena cōiuge destituta subiiciā. Si itaq̃ colū intestinū toto  
 incessu, quo sub uentriculo exporrigit, quoue à lienis fede  
 sub iecur usq̃ repit, nullā mesenterij partem in hominibus  
 obtinuisse expenderimus, sed humiliorē nobis uocatā omenti  
 membranam uentriculi posteriori sedi omnino subiectā, & à  
 liene ad iecur protensam, ipsi mesenterij uice, secus q̃ in  
 simijs, et magis adhuc q̃ in canibus, esse nobis cōstiterit:  
 mox quoq̃ in promptu erit, alia portæ uenæ in homine q̃  
 simia, ramorū series. A portæ enim uenę trunco, humiliori  
 omenti membrana suffulto, ac lieni præcipua portione  
 exporrecto, in homine insignes uenę colū intestinū toto  
 prius dicto ingressu implicant, quas Galenum descripsisse  
 mirandū non est, quum simiarū canūq̃ historiā potius q̃  
 hominum posteris cōmunicauerit. Ut prætereā duas uenas

uentriculi fundum hominibus intertexere superiori membrana omenti innatas: quarum una uentriculum ex dextro latere adit, altera à sinistro: ambæq; ad uentriculi medium cessant, unica interim uena in canibus ex sinistro latere uentriculū petente, quæ toti illius fundo ad inferius usque ipsius orificium, ab humilima lienis inserta uena exporrigitur. Atque huic differentiae illa similis est, quæ ex frequenti cæterarum propaginum serie confurgit, ab alijs uenis pullulantium, quæ lienis iam sunt proximæ, ac in totum ipsius corpus disseminantur. Quum enim Galenus non ultra duarum propaginum meminit, uariæ profectò & multiplices homini in lienis ad uentriculum nexu obtigerunt. Verum non proposui omnia quæ diffusè in hanc sententiam meis de Humani corporis fabrica libris in promptu sunt, huc referre, quum de singulis ferè organis aliquid adnotasse suffecerit. Quare & uenæ cauæ iam meminisse conueniet, quæ (si quicquam aliud modò) præcipuè docet, Galenum hominis anatomen nunquam spectasse, quod uel ex eius per septum transversum ductu quis leui opera animaduertet. Canis enim & simia uti thoracis longitudine hominem egregiè superant, ita quoq; uenæ cauæ ductus per thoracem alius merito homini quàm simiæ contigit. Atq; ita simiæ canis uena caua septum transversum perforās, in cavitatem incidit, inter duas thoracem intercipiētes membranas & inter cordis inuolucrū septumq; transversum conspicuā: in qua peculiaris lobus seu fibra pulmonis consistit, mollissimi lectuli modo cauam suffulciens, ac manus quodammodo ritu, in longo hoc progressu, quo aliàs suspenso nulliq; corpori innixta duceretur, non sine singulari Naturæ industria sustinens. Ex hac amplitudine, uena caua eum in modum à pulmone cōtenta; cordis permeat inuolucrum, tandem in cor orificio multò quàm ipsius sit caudex ampliore dehiscens. Por

• rò, cor

rò, cordis inuolucrum in homine tota humiliori sua se-  
 de insigni amplitudine septo connascitur, neq; ullum  
 inter cordis inuolucrum & septum sese offert interual-  
 lum, in quo cauitas inter ipsa & thoracem intersepien-  
 tes membranas occurrere posset. Atq; ita etiã multo  
 minus pulmonis fibra peculiaris, quæ cauam suffulci-  
 ret, hic reponi debuit. Ac proinde caua absq; ullius ina-  
 nis spacij, aut alicuius corporis interuentu, septũ trans-  
 uersum simul cum cordis inuolucro permeat, hac rati-  
 one multis modis à cauæ uenæ in simijs & canibus du-  
 ctu euariã: discrimine interim à Galeno haud animad-  
 uerso, quemadmodum sanè in uenæ coniuge carentis  
 principio differẽtiam statuit, eamq; quòd memini, in-  
 ter omnes quas quis sub cute in dissectionibus enume-  
 rare posset, solam. adeò, ut accurata diligentia illis ueni-  
 at expendenda, qui Galenum homines secuisse, etiam  
 admoniti, contendunt: ut nullũ illic discrimen animad-  
 uertentes, suæ rationi, pietatis in Galenum ergò, haud  
 derogare pergant. Præceptum est Hippocratis, do-  
 lore lateris ad clauiculam usq; pertingente, cubiti ue-  
 nam internam esse aperiendam: dolore uerò ad infe-  
 riora, atque adeò sub septo consistente, purgans medi-  
 camentum porrigendum. Galenus præceptũ hoc pe-  
 rinde intellexit, ac si Hippocrates in tumorib. qui qua-  
 tuor superiorib. costis molesti essent, uenæ sectionem  
 præcepisset: quum uerò in aliquibus octo humiliorũ  
 costarum affectus subsisteret, purgans pharmacũ ad-  
 ministrandum foret. non secus quàm si Hippocrates il-  
 las costas à uenis secandis nimium distitas arbitratus fuisset:  
 aut fortè quod is metuisset sanguinem inflammationi  
 conterminum per cor ducendum, quoties brachij  
 uena in humiliorum costarum inflammationibus ape-  
 riretur: ad eam nimirum rationem, qua Auicennæ ca-  
 nonem institutum nouimus, ne per partes digniores  
 uenenosum sanguinem duceremus, quasi uerò Hippo-  
 crates in

crates in iecoris, uentriculi & lienis inflammationibus uenas in cubito diuidi prohibuisset. Cæterum quæ ego Hippocratis locum intelligam, alibi à me proditum nosti: atque unà ostensum, ex commemorata eius loci Galeni sententia, ipsi persuasum esse, diuim Hippocratem in hominum sectionibus uersatum, aliam in suis simijs quam ipsum uenarum reperisse seriem, quæ Hippocratem urgeret purgans pharmacum uenæ sectioni præferre. adeò, ut Galenus aliud uenæ pari carentis ortum in hominibus, quam in simijs finxerint, & propter Hippocratis oraculum se ita turbauerit, ut admodum pugnantia de uenæ pari carentis initio persecutus esse uideatur. In nuper enim commemorato in librum secundum de Victus ratione commentario, uel ter sibi non constat. Venæ enim cauæ seriem in thorace descripturus, uniuersim testatur, uenam octo inferioribus costis propagines diffundentem, à caua initium obtinere, priusquam ad cor pertingat: ilico subdens, in nonnullis animalibus illam supra cor à caua pronasci: in homine uero ex ea cauæ sede ipsam depromi scribens, qua hæc dextram cordis aurem contingit. Dein sui parum memor, non nihil inferius tradit, humiliores hominis costas à uena enutriri, quæ sub corde à caua exorditur. Huic sententiæ illa respondet, qua in sexto de Hippocratis & Platonis dogmatibus monemur, cordis inuolucrum unà cum membranibus omnibus thoracem interdiuidentibus, & pulmonem obductis, alimentum à caua priusquam ad cor deferatur assumere. Non enim ambigo, quum inibi membranarum pulmonem ambientium meminisset, illum membranam costas succingentem subaudiuisse. At in libro de Venarum arteriarumque dissectione, uenam coniuge carentem à dextræ auris sede ad sinistras thoracis partes proficisci, atque ad quintam thoracis uertebam deduci in quibusdam animalibus, prodidit, in simijs autem paulò supra aurem in dextris partibus



partibus hanc poni afferens, pluraq; hic quàm in commentarijs in libros de Victus ratione, costarum intervalla, ex uena absq; pari nutrimentum petere fassus. Parem sententiam in septimo de Administrandis dissectionibus profert, nisi quòd illã hic à uena iuxta dextrum cordis sinum consistente initium sumere, simpliciter innuerit, quũ illic uenam sine pari ad sinistras thoracis partes duci non uerè adiecerit. Quinetiam alio eius septimi libri loco, hanc uenam ex dextro cordis sinu, nõ aliter quàm coronalem pronasci docet: quamuis id in simijs neutiq; eueniat. Adeò sanè, ut nimium euidens sit, Galenum uenam pari carentem in homine aliud initium quàm in simijs sumere, arbitratum esse. Et mirum quoque non est, tam uaria de hac uena in suis scriptis occurrere, quum hominis uenam non examinauerit, cui prorsus eodem modo, ut simijs et canibus, exoritur, & omnibus partibus respondet: nisi fortassis hominis uena superiores costas magis, quàm canum uena enutriet, quum toties omnes costas à uena coniuge destituta, hominibus enutrirì, sobolesq; asumere spectauerimus. Et quanquam Galenus hominem non esset intuitus, rationibus tamen nihilominus illi expendendum erat, sine pari uenam hominib. non potuisse sub corde, aut etiam è regione dextræ cordis auriculæ initium sumere, neq; hic ullum inter simiam & hominem confingendum esse discrimen. Natura enim, quum à lumborũ uertebis, usq; ad elatiores thoracis uertebas uenæ caue caudicem dorso cõmittere, aut ab ipsa geniculatim propagines, perinde atque in lumbis molitur, uertebis intermedijs costisq; offerre nequiuit: quòd scilicet septum transversum, & iecur, & dein cor, & uasa pulmoni distributa, caua uenam à uertebis nimiũ eleuarent, neq; accumbere sinerent: necessum illi fuit, alicunde propaginem à caua uena deducere, à qua uertebrarum corporibus in incessu

K firmata,

firmata, instar caudicis, soboles omnibus partibus exporrigerentur: quibus, propter cauæ à uertebis distantiam, ab illa surculos sumere inhibitum fuit. Atque hic Natura, uti nunquam aliàs, occasionem haud præterijt, sed simulateque caua cor superauit, illiusque inuolucrum transijt, & solius magnæ arteriæ processibus, & aspera arteria, & uia cibum potumque deducente, ab incubitu in uertebas prohibetur, ex dextro ipsius latere truncum illum insignem eduxit, qui dextro uertebarum lateri deorsum exporrectus, utrinque costis soboles elargitur: nobisque uena paris expers ideo nominatur, quod ex sinistro latere alia ipsi par, coniunxue à caua non enascitur. Ex ductu, quem secundum dextrum latus uertebarum tentat, media scilicet sede, & sinistro latere à magna arteria, & uia quæ cibos, & potum defert, impeditis, in promptu est, illam neque ex sinistro cauæ latere, neque etiam ex humiliori ipsius sede, multoque adhuc minus ex superiori potuisse initium sumere. Atque hinc liquet, eam sub corde educi haud potuisse. nam alia opus fuisset uena illi dorsi interuallo offerenda, quod inter illius ortum sedemque unde nunc principium sumit, reponitur. Deinde nimium suspensa, & parum firmata esset, si sub corde enata, ad uertebas protenderetur: præterquam quod homini à caua in cordis inuolucro adhuc repente, tum enasci debuisset. Quod etiam argumento est, illam à caua è regione dextræ auriculæ non enatam; & hic sanè illi obfussent, uena arterialis, & arteria uenalis, & dein asperæ arteriæ soboles in pulmones primum sub cordis basi dissectæ: adeò ut illarum causa, aut tam altè, priusquam dorsum adire potuisset, necessum illi fuisset scandere, atque modò initiū sumit: aut tam demisse deduci, ac sub corde principium aliàs obtinuisset. Hic speciminis argumentorum, quibus ex uenarum serie Galenum homines non secuisse mihi persuadeo, finè posuissim, nisi

nisi Syluius peculiaria loca aliàs omnia subticens, priuatim ægrè tulisset in meis libris legi, Galenum externas & sub cute reptantes duntaxat uenas in homine, citra sectionem uidisse: quod mihi tam uerisimile est, quàm quòd maximè. Noui enim, in nulla uasorum serie tantum esse discriminis, atq; in uenis cutem cubiti & extre-  
Galenū inter-  
 nas, & in alto  
 latitantes bra-  
 chij uenas, in  
 homine non ui-  
 disse.

mæ manus subeūtibus, ut raros homines eadem prorsus serie donatos uideamus. Quia tamen Galeni eius seriei in tertio de Administrandis sectionibus descriptionem, plurium brachijs, saltem in maiorum ramorū ductu, cōuenire animaduerti, facile in animū duxi, eas uenas illi ita uisas, ut in sanguinis missione eas indies intuemur. sed Galenū in alto corporis latitantem ramorum seriem spectasse, nequaquam credidi, quum eius descriptio magna ex parte illi non conueniat. Ut enim taceam, nos in humerariæ ortu hæctenus falsos, quam à iugulari altius multo quàm axillarem, cui caue in iugulo partitio originē præbet, enasci, ac nescio quibus modis secundum clauiculam contorqueri, libris fidentes putauimus, non intuemur humerariam circa cubiti articulum aliquo pacto penitius ramum notatu dignum immittere, & cum alio axillaris uenæ ramo uenam similem illi constituere: quam sub cute ex duabus conflatam propaginibus, communem rectissimè nuncupamus, alijs quibusdam mediæ nomen illi tributibus. Quum tamen Galenus in profundo corporis eundem scribat fieri uenarum congressum, quem in superficie prius commemorauerat: parum animaduertens, axillarem mox à suo in brachium ingressu, in duos truncos partiri, ac unum cuti quodammodo exprorectum, tandem illum fieri, quem Galenus totius axillaris nomine habuit. Verùm grandior truncus, hinc inde insignes à se diffundens propagines, arteriæ brachium petenti toto ingressu iunctus, ac inter duos cubitum flectentes musculos reconditus in cubitum fer-

K 2 tur. ean-

tur. eandem cum arteria distributionem (uti à me scriptum est) ad digitorū usq; extrema tentans, neq; quicquam cum humeraria cōmune sibi uendicans. Imò reperiās non paucos, quibus ne uestigium quidem humerariæ circa cubitū inuenias, illo quem narraui grandiori axillaris uenæ trunco, cuti facile propagines offerente, quibus humerariæ uice Natura utitur. Ad hæc, ratio Galenum mouere debuisset, amplas omnino uenas radio, & ulnæ, & extremæ manus, debuisse in alto corporis distribui, illis multò insigniores, & eandem magis in omnibus hominibus seriem seruantes, quàm illæ sunt superficiariæ, inter cutem & carneam membranam sparsæ. Quod quū sit, quū quæso Natura tam negligens esse posset, ut uenā sub cute per brachij longitudinem, id' que externa illius sede, duxisset, ipsam nimirum humerariam, à qua dein media portio uenarū constituenda foret, quæ cubiti & summæ manus ossibus & magno numero illa amplexantibus musculis erant distribuendæ? Quinimo si Galeni orationem exactè discusserimus, etiā axillarem illi notam, ueluti sub cute totam supra cubiti articulum positam, recensuit: à qua dein propaginem illam enasci scripsit, quæ cum humerariæ propagine in profundo coiret. Adeò ut quum hæc uidere, & in tanto doctissimorum hominū cœtu, præsentibus corporibus, & Galeni descriptionibus nō oscitanter propositis, demonstrare solitus sum: profectò dignus fuisset, quem Natura oculis priuasset, si nō potius Galeno, quàm illi oscitantia neutiquā accusandæ, reclamasset, meq; raram Naturæ industriam calumniā, & manib. & oculis indignum ostendisset. Cæterum, quum hæc de brachiorum uenis disceptatio, ad uitiosas potius descriptiones, aut ad ea quæ Galenus præterijt referenda sit, quàm ut simias, et non homines, ipsum secuisse docerem: illi nunc prorsus supersedebo, orationem ad alia organa relaturus.

Molestior

Molestior enim est uasorum distributionis enarratio, quam ut alias differētias adhuc in illa proponendas putem. Qua etiam ratione, in differentijs neruorum commemorandis ero succinctior: atq; una tantum non negligenda in medium adferetur, circa neruos sacri ossis & coccygis occurrens. Homini enim sex neruorum paria ad sacrum os referuntur, ac primum quidem inter elatiorem sacri ossis sedem, & infimam lumborum uertebam exiliens, nihil peculiare ab illis sibi uendicat qui thoracis & lumborum uertebis ascribuntur. Verum quinque humiliora paria, non ita ex sacro osse profiliunt, sed priusquam sacri ossis foramen dorsali medullæ paratum egrediuntur, in utroque latere nerui inuicem abscedunt, una portione antrorsum, altera retrorsum petentes. ad eam nimirum rationem, qua hominis sacri ossis foramina elegantissime celata retulimus: dorsali interim medulla ex sacri ossis fine, posteriori in parte decedente. In simijs uero, primum sacri ossis neruorum par, & deinde duo reliqua, hominis neruorum egressui conueniunt, neque illis plura tribus in osse sacro coniugijs possunt ascribi. At dorsalis medulla inibi non cessans, sed per ossicula, quæ Galenus coccygis ossis loco habuit, quæque lumborum uertebis imagine plurimum respondent, repens, tot neruorum paria dimittit, quot ossicula perreptat, quæ Galenus in simijs tria censuit, triaque ob id paria coccygis ossi ascribens: quum interim à uero coccygis osse nullus in homine pēdeat neruus, neque dorsalis medulla in illud pertingat. Non est interim negligendum, caudatis simijs canibusque haud tria tantum paria ad illorum coccygis ossis ossicula referri, uerum tot, quot illis eiusmodi obtigerunt ossicula, sunt quoque neruorum paria aucto numero recensenda. Adeo ut Galeni in libro de Ossibus descriptio, in neruorum serie ad simias, ne utiquam uero ad hominem sit referenda. In fragmento autem de

*Ductæ ex  
neruis ratio-  
nes, quibus ho-  
mines à Gale-  
no non sectos  
esse constat.*

Neruoꝝ sectione, quod uix Galeno ascribi cuperem, aut saltem deprauatum haberi uelim, illorum neruoꝝ nulla incidit mentio. Quam aptè uerò, quum libros de Vsu partium scriberet, eos assecutus sit, nemo ambiget, qui illum quatuor duntaxat ossa sub lumborū uer tebris tunc enumerasse, uel cognouisse, perspectū habet. Quia tamen nō multum à numero parium recensendo, in illis libris aberrat: aliorum anatomicorum opera, qui homines secabant, eo in loco usum esse, mihi in animum ducere cogor. Præterea, ex descriptionum quibus neruorum brachium & femur petentium seriem, ut eam in scholis ostēdere soleo, pro mea uirili persequor, cum Galeni descriptionib. collatione, fatis constat, eas non esse cōformes. Num uerò id in simiarum ad homines differentiam unde quaq; reiiciendum sit, ideo non subijciam, quòd neruos simiarum sedulo aggressus non fuerim. At nunc tempestiuum erit, aliqua in uisceribus, corporisq; cavitatibus discrimina, in præsentem persuasionem quoq; cōmemorare: ubi primū omenti (ut peritonæi in porcis & simijs duriciem silentio præteream, quæ Galeni circa id administrationes facile in animalibus illis admittit: quum interim ob tenuitatem molliciemq; in hominibus, parum uoti compos fieri soleam) situs sese offert. Rarissimos enim omnino reperies homines, quibus omentum intestinis ad pubem usq; obuolutum uisitur: sed magna ex parte super coli regionē, quæ uentriculo secundum corporis latitudinem exporrigitur, retractum spectatur, humillima sua sede, quæ in sinistro latere magis quàm dextro descendit, ad umbilici regionem neutiquam pertingens: quamuis manuum dein opera deorsum uelli, ac intestinis ad pubem usq; obduci queat. In simijs uerò & canibus, nunquam non super omnia intestina sic extensum occurrit, ut inter uesicam & re-  
ctum intestinum in marib. quidem, in femellis autem  
inter

*Rationes  
quædam ex ijs  
quæ peritono  
neo continen  
tur, desum  
ptæ.*

intèr uterum & uesicam quoq; subsistat. Dein me non fugit, homines *ὠδὴ πλοκομισὰς* aliquibus ab omenti mole & eius gestatione appellatos, atq; Galenum inde homini maximum obtigisse omentum arbitratū: quum meo iudicio porcos, canes, simias multo maius quàm hominem nancisci censeam, uti ex tabe cōfectis, & rursus obœsis admodum mulierib. cōiungere cogor. Neq; abdomen prepinguib. his hominib. sesquipede extās, ut fortè Galenus sibi persuadebat, eam molem tumoremq; ab omento minima ex parte sibi uendicat: quàmquā id Galenū sensisse, non mirū esse debet, quū nullibi constet ipsum adipem inter cutem et carneam membranam hominib. repositam, ut antea monui, cognouisse. At notatu magis dignum discrimen, quo Galenū hominem non secuisse colligas, ex omenti ad cololum intestinum nexu occurrit. In canib. enim ne fibræ quidem alicuius beneficio intestinis cōmittitur: in hominibus autem tota coli pars, à liene sub iecore exporrecta, nullius corporis interuentu dorso alligatur, aut ueluti à mesenterio continetur, quàm ea membrana, quæ quidem Aristoteli & multis anatomicis propter hominum sectionem omenti loco nō censetur, sed mihi pro humiliori ipsius membrana est habenda: quòd perinde atq; humilior omenti in canib. & simijs membrana, uenæ portæ & arteriarum & neruorum seriem suffulcit, ac corpus illud glandulosum uentriculi posteriori sedi substratum continet. Ea itaq; membrana, cololum in hominibus dorso firmat, & dein omenti humilior posterior ue potius pars quæ sub colo, intestinis obducitur, ueluti à colo initiū sumit, non manifestò illi omenti parti continuatū, quàm colo mesenterij uice hoc loco hominibus esse diximus: quum interim in simijs par propemodum, ut in canibus, spectetur cōtinuitas, ac fibris tantū aliquot, & raro nexu priuatim in simijs (uti rectè à Galeno scriptum est) colo committatur: adeò ut

aded ut simiæ mediū quid inter homines & canes fortite sint: euentissimumq; haberi debeat, in omenti historia Galenum simiam, neutiquam uerò hominem descripsisse. Quod num & in intestinis usuenerit, liquidò deprehendetur, quum cæcum intestinum in canibus uiderimus amplum & magnum, atq; adhuc amplius in gliribus & sciuris: ac dein ueluti ex dextro colilatore pronatum, aut colo continuum, in homine uerò spectauerimus gracile illud lumbrici modo inuolutum corpus, hic ex coli intestini initio ex sinistro magis latere eductum, & pariter cum cæco cauum intestinum in dextro ileo repositum. Si inquam hæc expenderimus, proculdubio Galenum hominis intestina examinasse diffitebimur, atque ex illius historia, omnes qui Galenum secuti sunt medicos, saccum quendam in homine finxisse annuimus: quum gracile illud corpus in hominibus nulla ex parte crassiorū intestinorum numero ascribi ualeat, neq; ambigendum sit, à ueteribus cæci intestini nomine donatum fuisse. Verum si quis simplicem canis, ad dextri renis regionem, intestinorum seriem expenderit, ac dein hominis globum illum extuberantem, coli intestini exordij, & gracilium intestinorum cum ipso nexum, & appendicis cæcum intestinum appellati exortum, animaduertit: quamq; illa diffusa & eleganti historia opus habeant, nō neglexerit: meo sanè iudicio promptissimè concedet, Galenum hæc in homine non esse scrutatum: ideoq; non aliam in suis libris historiam, quam quæ cani accommodari posset, reliquisse. imò si canis intestina non diligenter examinasset, atque Galenum de simijs tantum sermonem instituisse fuisset arbitratus, sanè propter aliorum anatomicorum sententiam, Galenum cæci intestini mentionem fecisse faterer: quum (si rectè memini) caudatæ simiæ in hoc à canibus uariarent, quòd multo cæco intestino sint præditæ. præterquam quòd



quam quòd Galenus interdum intestina enumerans, cæci nullam faciat mentionem. Sed demus hæc esse exigua, quàm oscitantia quæso putaremus Galenum præterisse anfractū, ductūq; coli intestini, quem uersus umbilicum in dextro latere molitur, ubi recto intestino est conterminum: si ab illo in homine ita fuisset animaduersus, ut in canibus nullo eiusmodi anfractu colum ferri spectauit: uti quoq; reuolutionis non meminit, quam colum supra lienem molitur, medicis, quum de sinistri lateris colico cruciatu disceptant, ne utiquam parui pendendam. Adhæc, ut aliquando ab intestinis me expediam, si Galenus tam hominis quàm porci ac bouis intestina spectasset, & non hominis intestina canibus & simijs respondere fuisset arbitratus, ne utiquam apud illum legeremus, quorundam animalium colum intestinum ualidis ligamentis donari, ac utrinq; ueluti in globulos extuberare. nam proculdubio eiusmodi coli formam homini tribuisset, illū nō ab animalibus distinguens, quæ parem hac imagine coli cōformationem obtinent. Haudquaquam enim ignoras, quantum in coli intestini hominis & porci, formæ structuraq; à canum intestino, quod Galenus humani intestini uice descripsit, differentiæ ac discriminis appareat. Ex Galeno non ad eò cōspicue, atq; ex illum secutis anatomicis colligere possumus, iecur in quinque lobos seu fibras diuisum, manus ritu uentriculum amplecti, quamuis satis constet, Galenum uel ex aphorismo decimo octauo sextæ sectionis, iecur in fibras dissectum putauisse: uti in simijs, canibus & porcis in fibras ita dispartitum cernimus, ut peculiaris substantiæ iecoris interuentu non uideantur cōmissæ. quum interim hominis iecur unicum continuumq; sit corpus, nihil minus quàm in fibras sectū, & rimula, quò uenam ex umbilico profectam admittit, tam leuis est, ut in duas fibras illud eius beneficio partitum, nequaquã cen-

L feri de

feri debeat, quum rimula illa ne sextam quidem crassitiei iecoris sedem interfecet: ita ut humanum iecur Galenum non obseruasse, neminem deceat ambigere. Ut ligamentum illud præteream, homini, non autem canibus, aut non caudatis simijs donatum, quod ab anteriori corporis sede in posteriora rectè incedens, iecur septo transuerso neçtit, ex dextro latere transitus cauæ uenæ per septum. Atque huic respondet iecoris in homine ad anteriorem peritonæi sedem nexus, in hominibus perpetuò, secus quàm in canibus, sese offerens, beneficio uenæ ab umbilico in iecur porrectæ. Galeni enim est sententia, uenam illam & arterias foetui peculiare, simul cum meatu urinam ex uesica inter intimum et secundum foetus inuolucrum deferente, in natis animalibus prorsus absumi; perinde atq; in canibus non admodum senibus, eorum uasorum nullum extat uestigium: quum tamen in hominibus ad extremum usque senium, quatuor illa organa secantibus sint obuia, non quidem caua, & eodem quo ante partum munere fungentia, sed funiculorū modo cōspicua, multoq; adipe enutrita. Adeo ut umbilici uena elegans admodum uinculū iecori humano præstet, quo anteriori peritonæi sedi (quemadmodum paulo antè dicebam) neçtitur. Quamuis pari quoque ratione, uesicæ ad peritonæum coalitus, in dicio sit, humanam uesicam Galeno non obseruatam. Videmus enim canis ac simiæ, uti bouis & ouis, uesicam toto ipsius corpore seu fundo, uix processu quodā & leui membraneoq; ligamento peritonæo cōmitti: quum interim tota anterior humanæ uesicæ sedes peritonæo pertinacissimè cōnascatur, neç ulla in parte ab illo dehiscat; præterquam quod cōmemoratę foetus arteriæ, & meatus urinæ foetus deducendæ paratus, ad hunc connexum non perfunctoriè conferant, longeq; aliā hominibus quàm dictis animalib. uesicæ  
nexus spe

nexus speciem parent. Quam uerò discrimen hoc sit expendendum, inde non leuiter iudico, quòd tot uulnera ex pube in uesicæ amplitudinē penetrantiā, ideò que urinæ uiam præbentia, leui opera curari experior, quum interim, si par in homine atque in cane uesicæ ad peritonæum foret commissura, & nō maior quàm ad intestina, aut uentriculum continuitas, in illorū uulnerum curatione nulla esset relicta spes. Præterea, si Galenus lienis situm, ipsiusq; ad uentriculum nexum paulo absolutius descripsisset, possemus dubitare, num ex canum sectione lienem adeò in corporis anteriora, ac deorsum ad humillimam uentriculi sedem locari, & tam obscure necti arbitratus fuisset, quàm medicorū anatomicorum que uulgus existimat, est namque non mediocris in homine ad canem, aut simiam, hac in parte differentia. Cæterum ex proluxa penis apud Galenum historia, & qua plurimum oblectatus uidetur descriptione, ac dein ex sedula uirilii membri dissectione, nihil sanè manifestius est, quàm id à Galeno nunquam esse tractatum. Sedulo enim illius compositionis rationem exquirens, & boum taurorumq; penis, quo in scuticis aut interdum uinculis quibusdā apparandis utimur, memor, cauum nescio quem neruum effingit: aliaq; multa, duobus illis corporibus humanum penem præcipuè efformantibus parum conuenientia profert, quæ fungosa et ueluti carnea cōstant substantia, crassa insigniter membrana, cōuoluta: quem admodum Aristoteles, aut is ex cuius relatu ipse anatomica conscripsit, non perfunctoriè uidetur animaduertisse. adeò sanè, ut Galeni historiā meæ satis diffusæ, neque hic ob prolixitatem repetendę descriptioni, aut uirilii penis inter secandum structuræ conferenti, nihil manifestius occursurum sit, quàm illa eleganter tradita, quæ citra anatomen erant obuia: illa uerò quæ eius beneficio uenerant examinanda, ab hominis con-

L 2      structiōne

structione multis numeris uariare. Vt uerò uterus tum in situ, tum forma, nexu, substantia, uasorum insertionibus, ac ijs denique omnibus quæ in partium historia examinamus, permulta habet animaduersione digna, & quæ non leui succinctoq; sermone, à Galeno in primis, Attico, & laborem in scribēdo haud fugiente, comprehendi possent: non mirum uideri debet, si, quum peculiarem de Vteri dissectione librum descripserit, mihi ex communi qua illum homines non aggressum duco coniectura, pleraque occurrant, quibus meæ sententiæ robur adijciam. Primùm itaq; in libro de Vteri dissectione animaduertendū uenit, quòd uaccæ & capræ uterum muliebri non semel ex proposito similem esse testatur. neque ipse alicuius inter eos uteros meminit discriminis, nisi quòd aliorum dissectionis procerum autoritatis occasione, nōnullis apertè contradicere non ausus fuerit, quæ illorum aliqui de muliebri utero priuatim scripserant, quæ interim in suis uaccarum uteris non occurrerent. Ait enim, illis nō facile cōtradīcendum, quòd constaret ipsos anatomes cognitionem non in brutis animalibus, sed in hominibus adeptos: sibi id quoque non ascribens, sed suas simias sermoni, mulierum loco, inferens. Deinde quum nonnulli rursus à Galeno cōmemorati dissectionum professores, caprarum & uaccarum uterum (ex quorum numero fuit Praxagoras) descripsissent, prioribus dissona tradentes, non sine uoluptate, qui mihi secanti adesse solent, in scholis obseruabant, quàm anxius uideatur Galenus, quorum sententiæ ipsi acquiescendū sit, quidq; in uniuersum de utero statuendum ueniat: quòd uidelicet in uaccis posteriorum historiam reperiret, prioribus tantum tribuens, ac sibi non sectarum mulierum conscius, ut apertè illorum sententiam refellere nollet. Quandoquidem igitur humanus uterus à uaccino plurimum differt, in promptu sunt argu-

menta,

menta, quibus Galenum, uterum humanum non secuisse, planè liceat cognoscere. Vaccinus enim uterus os sacrum in situ excedit, ab intestino recto etiam illic supra uasa lumbis exporrecta sursum declinans, ubi lumborum infimæ consistunt uertebrae. adeò ut hic Galeni descriptio illi quadret, quum non prægnaus mulieris uterus situ non tam altè ascendat, ut longo interuallo eousq; pertingat, ubi sacrum os infimæ lumborum uertebrae committitur: neq; etiam perinde, ut uaccarum ac canum quoq; uteri, uesicam in superiora excedit. longissima enim est quadrupedum uteri ceruix, seu collum: idq; magis erectum, quam uteri muliebris. adeò, ut uel huius gratia situm esse uarium, nemini mirandum sit. Atq; ex hoc differente situ, non possumus ambigere, Galenum muliebris uteri ceruicis longitudinem digitis duntaxat ex uirilis penis longitudine metitum esse. nam aliàs nõ tam altum utero ascripsisset situm, si uel illa ipsi constitisset. Formam uteri describens, Herophili sententiæ uidetur acquiescere, quum illam uesicæ comparat. At nonnihil infra non amplius sibi consentit, ubi de cornibus disputans, etiã aliquousq; Herophili uerba mulieribus cõgrua, in suum usum refert: et pergens uaria anatomicorum exposita sententiã, se iudicem statuit, ac demum uaccinum uterum humano similem affirmans, se turpiter prodit, cornua & formã, quod ad mulieres attinet, secus q; Herophilus, nõ uerè enarrans. Est enim humanus uterus quodãmodo uesicæ instar rotundus, anteriori & posteriori sede cõpressus, ac proinde latior, q; profundior. Deinde superiori sede, uideetur quoq; nõnihil depressus, et quartã circuli partem, aut crescentem modò lunam referre. quum aliàs, si uesicæ instar protuberaret, semicirculum ex toto circulo exprimeret. atque ita superior uteri pars ueluti in tubera cessat, capitũ uituli in modum, quod cornua paulo post est educturum. Ea tubera apicesq; Herophilo cornua,

in muliebri utero, fuerunt indubiè nominata. In canibus et suis uteris statim ex sui fundi cum ceruice coalitu, in duas partes ita dirimitur, ac si indicem à medio maximè abduceres, & singulos digitos, singulas uteri partes fingeres. Hæ non prægnantibus nullibi inflexe apparent, prægnantibus autem, pro foetuum numero complicantur. Illi enim seriatim in istis uteri partibus continentur, unde etiam qui eorum animalium historiam ex sectione narrauerunt, illas uteri partes, quum magno & insigni cornu satis respondeant, cornua appellarunt, illis foetus contineri & amplecti non incommodè tradentes. In uaccis uerò omnia fecus habent: fundum enim, si integrum & extimo ipsius inuolucro non detectū spectaueris, à ceruice sursum simplex longo ductu ferri uisitur, forma non globosa, sed quasi tereti anteriùs & posteriùs, perinde ac si duo digiti inuicem fascia obducti proponerentur, compressa. Dein fundū quasi in duo arietum cornua inuicem cedentia dirimitur. Neque scio, an quicquam in uniuerso corpore propius alicui assimilaueris, atque has uaccini uteri partes arietum cornibus comparare possis. Et quoniam foetus in altera fundi parte (est enim illud, ut mox dicam, geminum) humilius subsistit, quàm uteri in ea cornua est deductio: & quoniam iccirco in illis foetus, ut sic dicam, non complectitur, quid mirum est, Galenum in cornuum narratione ita esse perplexum? quum de differentibus prorsus inter se uteris, pugnantia occurrerent anatomicorum dogmata? Verum pulchrè & callidè sese subductum putat, quando cornuum actionem, functionemque in alium locū referendam censet: quem apud illum nusquam reperias. Seminalium uerum ingressus omnibus uteris accidit, in extremos illius apices, mulieribus quidem, in protuberantia utriusque superioris uteri sedis capitula: canibus autem, in summum partiū, quas diremptis inuicem digitis comparauimus.

parauimus. ut uaccis in apices earum uteri partium, quæ arietum cornuum modo, bellè implicantur: uti à Galeno quoq; optimè est animaduersum, id alios latuisse dissectionum professores attestante. Quamquam non satis augurari queo, quæ nam uasa Galenus Herophilo, & alijs quibus contradicere ob magnam quæ in aliarum partium enarratione occurrit diligentiam, uereretur, cognita scribit, quæ ceruici uesicæ insererentur. Videtur namq; Galenus arbitrari, non minus quam in uiris, glandosum illum assistentem nobis appellatū, muliebris uesicæ ceruici connatum: ac dein uasa comperiri, quæ à testibus uesicæ ceruici in mulierib. ad corpus illud implantarētur. Si Galenus id apud Herophilum legit, ipseq; in eadē fuit sententiā, lubēs fateor, me illud glandosum corpus, neq; etiā uasa illa seminaria à testibus delata, in mulieribus, ut neq; in brutis pariter, inuenisse. imò Galeni autoritas mihi hac in parte tantisper suspecta erit, donec ab aliquo huiusmodi in corporibus reperiri audiuerō: atq; qua ratione ipsa expendere possim, certior reddar, quorū nullam interim in mulieribus necessitatem expendo. Nolim enim hic de pregnantium, quibus fundi uteri os arctissimè claudi nullis non in confesso est, coitu quicquam comminisci. Similis mihi est sententiā de uenis & arterijs, uterū, præter uasa seminis materiam deferentia, ab illis quæ in renes feruntur, petentibus: quæ Herophilus in quibusdā mulieribus uideri tradidit, uti Galenus illum in multis mulieribus eas reperisse non dubitat: aliter scripturus, si & ipse quoq; mulierem unquam fuisset aggressus, ac perinde ut in simijs illas desiderari animaduertisset. Nam quum ait, non nisi rarissimè in simijs illas uenas arteriasq; à se repertas: nō aliter mihi persuadeo id ab ipso scriptum, quàm ego uariam neruorum & uasorum in quibusdam sedibus seriem commemorans, aliquando hoc, aut illo modo ipsam occurrere, uel ideo adijcere

adijcere coactus sum, quòd Galeno, et si secus semper obseruasset, initio repugnare ueritus sum. Huiusmodi in meis libris locus est, de humerariè à caua ortu, de neruorum in tibia & pede distributione, ac quorundam neruorum in brachio congressu. Verùm sermo ad uterum est reducendus, cuius ad alias partes contactum à Galeno in mulieribus imaginari, situs et forma ipsum latentes plus satis arguunt. Vti magnitudinem male cōmemorat, arbitratus uteri fundum in mulieribus multo maius esse, quàm reuera uisitur. nunquam enim non prægnañtis mulieris uterus mihi occurrit, cui trium digitorum latitudinem tribuere potuissem. neq; etiam fundi longitudo unquam trium digitorum latitudinem superauit. Ceruicis longitudo pro illius extensione uaria se exhibuit, est enim corpus membraneum, neruumq; ac proinde plus quàm nonnullis arideat, sequax. Quare etiam opinor, ex pudendi muliebris cum uaccarum & caprarum discrimine, Galenum arbitratum esse, ceruicem uteri muliebris tam musculosam & carneam esse: atq; illam aliter quàm reuera sit, commemorat. Rursus, ut Galenus duos sinus in uaccino utero rectè cōstituit, quū unicus in muliebri sit: ita quoque uaccini uteri tunicas rectè describit, procul ab uteri muliebris constructione aberrans. Est enim una peculiaris in muliere tunica, quæ alià à peritonæo & ligamentis uterum continentibus pronata, obuoluitur. in uaccis uerò, ut fundum uteri statim in duas partes diuisum diximus, ita quoque utraq; pars sua peculiari efformatur tunica. adeò ut hoc nomine Galenus uteri tunicam prodiderit esse geminam, cui alià simplex à peritonæo obducitur: quam ideo unius tantum loco habet, quòd duas fundi partes ita simul inuestit, ut inter duarum partium commissuram non intercedat, fasciæ in modum, qua duos digitos aut cornuum arietis radices ac principia simul unaq; obuolueres. Occurrit enim



rit enim ut in uteri forma, ita quoque in tunicis propter uteri diuisionem differentia, qua Galenus muliebrem uterum à uaccino differre ignorauit. In praesentia, ne uteri sermonem nimium educam, praetereundus non est locus libri de Vteri dissectione, quo Galenus perinde anxius perplexusque mihi uidetur, atque nos interdum uersatilem animum huc atque illuc impelli sentimus, quoties pugnantibus autorum dogmatibus obruimur. Legerat enim Galenus primarios dissectionum professores, muliebrem uterum acetabulis priuare, & tamen cornutorum animalium uteris ea tribuere, alijs interim, qui perinde atque ipse uaccinum uterum muliebri similem ducerent, acetabula utero ascribentibus. Huc etiam accedente Hippocrate, qui in Aphorismis acetabulorum meminit, aliud longe eo nomine subaudiens, quam id cui ab acetabuli nominis in dissectionibus institutore, ipsum attributum, nemo debet ambigere, qui uariorum uterorum sectionem est aggressus. Mihi enim facile constat acetabuli nomen ad tria inter se diuersa, ab autoribus relatum: adeo ut ex rei cognitione, quid quisque sibi uellet, Galenum animaduertisse oportuerit. Primum itaque acetabuli nomine in rotundis, & instar semisphaerae cauis sinibus describendis utimur, hac ratione omnes profundos ossium sinus, ac in primis ossis coxendicis sinum quo femoris caput suscipitur, acetabulum nuncupantes: nomen, ut in meis libris tradidi, ab herbae nobis acetabulum, aut ueneris hortus, umbilicus uenuncupatae, & acetabuli mensurae forma, ducetes. Iam in uaccino, aut ouillo, aut bubulo, aut ceruino utero, qui nuper coecepit, plurimae foueae conspiciuntur, quae labris suis in uteri cauitate protuberant, & ita sinuatae sunt, ac si quis dimidias illis impressisset pisas. adeo ut nemo ita à me admonitus ambigere debeat, sinus tales acetabula primum esse nuncupatos. Quia uero illi confurgunt, paranturque ex tuberibus in utero non pre-

M gnante ita

gnante ita conspicuis, ut illos prostantibus in ano uenulis, unde sanguis nonnunquam per interualla pro-  
 manat, anatomici assimilauerint: mirum non est, & ip-  
 sis tuberibus nomen acetabuli secundariò esse accom-  
 modatum, ut cunq; parum apte: quū sinus, nisi animal  
 cornutū aliquandiu genituram retinuerit, neutiquam  
 sint. Rursus quia ex illis sinibus uenæ & arteriæ in ex-  
 timum foetus inuolucrum procreantur, non mirum  
 esse debet, uenas illas & arterias de nouo inter inuolu-  
 crum id et internam uteri superficiem generatas, aceta-  
 bulorum nomine quibusdam appellatas, uti nimium  
 sanè constat, Hippocratem eo nomine usum, quando  
 de bimestri aut trimestri abortu sermonē instituebat,  
 et rationē (quā aliàs ferè semper subticere solet) ad mu-  
 cum retulit, quo noua illa & inualida uasa, quibus geni-  
 tura suffulcitur, turgerent. Certū enim est bimestrē, &  
 multo adhuc minus trimestrem foetū, uel in uaccis, si-  
 nibus illis solis, aut asperitatib; ita retineri, ut sepias &  
 loligines suis promuscidibus, quas acetabulis plenas  
 cernimus, ad scopulos asperasq; regiones hærere ne-  
 mo ambigit. Quum itaq; eiusmodi uasa in mulieri-  
 bus perinde atque in uaccis habeantur, acetabuli no-  
 men illa ratione non esset perperam mulieri in eo signi-  
 ficato attributum. Verum quia muliebris uterus tube-  
 ra illa extantia in sua amplitudine neutiquam exhibet,  
 & quia deficientibus tuberibus sinus illi ad formam si-  
 nus coxendicis ossis exculpti, cōstitui nequeunt, liqui-  
 dò patet, neq; primum, neq; secundum acetabulorum  
 nomen, mulieri ascribendum, adeò ut Galenus hic mi-  
 nime perplexus fuisset, si muliebri utero cum uaccino  
 pugnante, sese etiam exercuisset. In foetus quoq; in-  
 uolucris permultum est discriminis, sed opportunius  
 ad parum ueras descriptiones illa asseruabimus, ad se-  
 cūdam nunc corporis cavitatem, thoracem uel, sermo-  
 nem dirigentes. Qui succinctior futurus est, propter  
 uenæ cauæ

*Nonnullæ  
 coniecturæ ab  
 illis partibus  
 pendentes, quæ  
 thorace conti-  
 nentur.*

uenæ cauæ ductum superius commemoratum, in cuius explicatione memini, quónam pacto interdiuidentes thoracem membræ in canibus et simijs, insignem supra neruosam septi transuersi partem, & sub cordis canini inuolucro constituent cauitatem, in homine neuiquam occurrentem. Vti neq; peculiaris pulmonis lobus seu fibra inibi reperitur, quæ illam cauitatem occupans, manus & elegantissimi fulcri modo, cauam uenam illac prorepentem sustineret, tutoq; deduceret, & quinta pulmonis fibra à Galeno est nominata: quæ alioquin duæ in dextro, & totidem in sinistro latere inuenias, adeò ut hæc cauitas, & illa pulmonis fibra, Galenum simias canesq;, non aut homines secuisse, planè comprobent. Perinde atq; cordis inuolucrum, quod Galenus à septo transuerso dissitum, illiq; non connatum, narrat, uti sanè in canibus & simijs tantum à septo remouetur, quanta nuper commemorata uisitur cauitas. In homine autè, tota humiliori sua sede, insigni amplitudine septi transuersi neruosæ regioni connascitur, uniturq;, & alium prorsus situm in homine quam in canibus aut simijs sibi uendicat, pro cordis nimirum situs uarietate. necessum enim est, arculam inuolucrumque cordis parem cum illo situm obtinere. Quòd uerò alius cordis situs in hominibus, quam in canibus & simijs, occurrat, ex anatome & ratione liquidò constat. Si enim expenderimus ossis pectoris in hominib. longitudinem, illam cum canino pectoris osse cõferentes: promptè etiam animaduertemus, humanum cor alioquin ex proportionè maximū, non tam rectum atq; secundum longitudinem corporis incedentem situm sibi uendicare, quam Galenus in simijs & canibus cordi ascribit, nosq; inter dissecandum apertissimè obseruamus. Humani enim cordis base thoracis mediū, quod ad dextrum & sinistrum spectat, occupante, ac ueluti transuersim locata, reliquum cordis corpus in sinistrū

M 2. latus admo-

latus admodum obliquè deorsum fertur, sinistrè septi transuersi sedi innitens, quemadmodum inuolucrum septo inibi connatum retuli. Perinde profectò, ac si humanum cor ad transuersum hunc situm cogeretur, neque liberè rectius deorsum duci potuisset. Vti caninum cor locari nouimus, quod suo mucrone, non autem toto corpore, ex obliquo nonnihil situ, ad sinistrum latus sursum nutat. Quum itaq; Galenus eum situm in canib. & simijs obseruauerit, hominemq; nunquam aggressus fuerit, haud mirum nobis esse debet, humani cordis situm ab illo non commemoratum: & Galenū simplici situs sui enarratione non contentum, quinimo in Aristotelem & alios prolixè inuectū, qui humani cordis, ita uti in anatome occurrit, & ratio quoque dicitur, situm nobis tradiderunt. Cæterum quòd ad cerebrum attinet, nimium constat, boum cerebra ad illius inspectionem & anatomen à Galeno esse adhibita, quum nullius animalis cerebri alioquin apud illum fiat mentio: & quia in cerebris boum, ut ferè & aliorum animalium, non magna cum hominibus est differentia, paucae occurrunt coniecturæ, quib. in tertia corporis cavitare, in ipsa nimirum caluaria, Galenum homines non secuisse conficeremus. Atq; harum una, neq; illa uulgaris, ex cerebelli situ & conformatione dependet. In bobus enim, quemadmodum Galeni quoq; habet descriptio, cerebellum posteriorem occipitis sedem occupat, extra cerebri posteriorem regionem in posteriora eductum. quum tamen in homine prorsus cerebro subiiciatur, & extima cerebri in occipitio pars, in posteriora & in occipitium multo magis protendatur, quàm cerebelli posterior sedes. Deinde bouis cerebellum altius in occipitio cõscendit, quàm hominis, cui cerebellum superiori sede est latum & compressum, bouis interim cerebello in ea sede rotundo & sphaerico, ac ad futuræ  $\Lambda$  imaginẽ exprimentis elatio

*Rationes ex  
ijs quæ calua-  
ria continen-  
tur petita.*

tis elatiorem sedem usq; cōscendente. Quū tamen hu-  
 mani cerebelli apex in medio tantum ductus cōsistat,  
 quā foramine dorsali medullæ in occipitis osse excul-  
 pro, ad dictam nuper futuræ A similis sedem metitur.  
 unde etiam non mirum est, Galenū in situs congrega-  
 tionis duorum primorum duræ membranæ sinuum  
 descriptione, haud obscurè ostendere, in bouis, nō au-  
 tem hominis dissectione se uersatum. Consistit enim  
 cōgressus ille ad elatissimam nuper commemoratā ce-  
 rebelli sedem, quæ in hominibus à bobus differt. Ga-  
 lenicq; descriptio his satis conuenit, ab illis interim ab-  
 horrens. Vti etiam plexus arteriarū ad cerebri basim  
 in bobus magis, quàm hominibus, à Galeno uisus nar-  
 ratur, ubi illū in rerū historia ueritati pepercisse, pau-  
 lo post enitar ostendere. Iam enim nimius uidebor, in  
 differentijs inter hominem & alia bruta adferendis,  
 ex quibus Galenum hominum corpora non spectas-  
 se comprobarem. Vnde etiam illis finem imponam,  
 simulatque addidero, hoc in primis apud Galenum  
 mirandum, quod suis confidens simijs, toties Vete-  
 ribus dissectionum professoribus immeritò contra-  
 dixerit, illos que oscitantæ arguerit, quod quæ ipse  
 in simijs reperiret, illi aut omisissent, aut aliter descri-  
 psissent, prout nimirum in hominibus illa ipsis obuer-  
 sabantur. Atque huiusmodi locus sese offert in futu-  
 rarum superioris maxillæ historia, ubi Galenus alios  
 anatomicos duas non uidisse, aut quasi non expenden-  
 das præterisse scribit: quum interim Galenus ex si-  
 mia in eam opinionem uenerit, illis hominis fabricam  
 rectè narrantibus. Talis quoq; est processus ille in  
 lumborum uertebis, quo simiæ & canes donantur,  
 quem ab alijs præteritum neglectumq; scribit, quum  
 homines illo destitui, nihil sit certius. Dein quum ipsi  
 totum pectoris os gladio cōpararunt, Galeno interim  
 mucronatā cartilaginem ad gladiū propter suas simias

*LOCA*  
*nonnulla, qui-*  
*bus Galenus*  
*apertè Vete-*  
*res reprehen-*  
*dit, quod homi-*  
*nes, nō autem*  
*cum illo simias*  
*secuissent.*

M 3 & canes

& canes referente. Quàm prolixè & sepe Galenus ueteres arguit, quòd musculum ex carnea membrana in axilla & thoracis latere efformatum non cognouerint: quum is in hominibus neutiquam reperiatur.

Nec minus sibi placet, quòd ex musculis scapulam attollentibus, aliquot non obseruauerint: quum nos ex accurata dissectione simias duobus abundare nouerimus. Rursus quis ferre possit, Galenum alijs in secundo pari musculorum caput mouentium, nescio quam oscitantia ascribere: quum tam differens sit hoc in loco à simia aut cane homo, ipsèq; nihil minus quàm hominis musculos persequatur: uti & de musculo constat à clauicula & pectoris ossè in mammillarè capitis processum inserto, capitisq; motibus subseruiente, in cuius descriptione longè præter meritum Galenus suarum simiarum occasione ueteribus obstrepit. Ita quoque non mirum est, Galenum alios incusare, quòd musculum præterierint, quem in caudatis simijs & canibus recti musculi abdominis partem esse uidemus, secundum pectoris ossis latus ad clauiculam usq; costarum cartilaginibus exporrectam, qua homines omnino carent. Simili ratione eos incusat, quòd eum ignorauerint musculum, qui à superiorib. ceruicis uer tebris, costis offertur, secundum anteriorem musculi sedem, qui thoracem mouentiũ secundus statuitur, descendens. nam hunc in homine desiderari, satis cõspicuum est. Quum portionis maioris musculi, quem ego femur mouentium quintum numero, atq; inter tibiæ motores neutiquam refero, meminit, quæ tendine interno femoris capiti inserit, alios reprehendit, quòd eam insertionem tendine, non autem carnea implantatione fieri scripssissent, uti in suis simijs ipsi occurrebat.

Item alios carpit, quòd tendines musculorum tibiã mouentes, illiusq; anteriori parti insertos, teretes descripserint: nō aut ut in simijs uidentur, latos. Insuper quàm sæ-

quàm sæpe quosdam incessit, quod musculum omisis-  
sent, à quo latefcens pedis tendo educeretur: quum ta-  
men ipsius descriptio non hominib. sed simijs potius  
conueniat. Alios etiam notat, quòd quartū pedem  
mouentium musculum carnea infertione calcis ossi im-  
plantari ignorauerint: quum interim exquisitum pro-  
fus tendinem in hominibus, secus quàm simijs, sibi uen-  
dicet. Sed quid manifestius (ut cordis situm, plura  
que eius generis loca subticeam) hanc falsam Galeni ac-  
cusationem, & negligentiae impositionem arguet, ue-  
næ cauæ per septum transuersum ductu, & illam sus-  
fulciente pulmonis fibra: Galenus enim, quum simias  
suas scinderet, illasq; à ueterum qui hominum dissecti-  
onibus sese exercebant historia abesse uideret, non ue-  
ritus est testari, eos illam pulmonis fibrã, & nescio quæ  
alia, latuisse. Adeò ut magis impius censerì deberem, si  
in uera hominis fabricæ historia Veteres illos non ex-  
cusassem: quàm si propter insignem quo erga Galenū  
labore affectum, singularemq; obseruantiam, contra  
oculorum testimonium, reicq; ueritatem, illius placita  
undiq; imperturbata reliquisssem: atq; hoc nostrum se-  
culum, perinde atq; omnia quæ Galenum secuta sunt,  
hallucinari, & Græcorum imposturam latere uoluiss-  
sem.

Q V V M itaq; mi Ioachime, meis ad Syluium  
literis huiusmodi, quæ nimis cumulatim sese offerunt,  
ad eum locum respondissem, quo ægrè ferebat, à me  
propositum, homines à Galeno nō dissectos: ad illum  
ueni, quo nihil perperam ab ipso neq; traditum, neq;  
scriptum affirmabat. Atq; hic primū cœpi ostende-  
re, quàm in Galenum essemus impij, si in describenda  
hominis fabrica, illi tot falsas descriptiones imponere-  
mus, quot nobis ad hominis cū simia discrimen, in suis  
libris occurrunt. & ut illius autoritatem tueremur, in  
illarum excusationem non semel dicere mallems, illū  
ex simiarū potissimū inspectione Anatomem docuisses  
in hoc

NON  
omnia in par-  
tium historia  
à Galeno re-  
lata tradita  
descripta.

*In ossibus aliquot parū ueræ descriptiones.*

in hoc errātem, quòd simias hominibus nimium similes statueret. Ac proinde, ea quæ apud Galenum ab hominis fabrica, propter simias bruta uel differunt, in non uariarum descriptionum classem haudquaquam reponenda duxi: sed aliquot alias, uti in amplissimo parum obseruatorum à Galeno locorum campo sese offerebāt, ad hunc penè modum subieci. Galenus ossium differentiam ex appendicibus constituens, non solis magnis et grandibus ossibus appendices rectè tribuit: quum digitorum ossa, & postbrachialis & pedij appendicibus donari nimium constet, quemadmodum & totam ex gingiuis extantem dentium partem, in pueris quoque appendicem esse liquet. ut uertebras taceam, in minorum quoque ossium numero recensendas, quarum quædam, ut propemodum thoracis et lumborum omnes, etiam quinque appendicibus ornari cernimus. Quæ etiam argumento sunt, non illis tantum ossibus (etsi alia Galeni sit sententia) appendices obtigisse, quæ amplum sinum medulla quæ ossis fibris non interstinguitur, oppletum, ut humerus, ulna, radius, femur, tibiæ ossa, continent: uerum & illis quoque, quibus eiusmodi sinus nequaquam adest. Neque uertebræ enim, neque scapula, neque ossa sacri ossis lateribus commissa, neque costæ eiusmodi sinus sibi uendicant. attamen in illis ossibus appendices perinde dignoscuntur, ac in illis quæ eo sinu dicebā conspicua. Huc sunt referenda penè omnia, in quibus mihi cum Galeno in differentiis constructionis ossium describendis, parum conuenit. Ut quòd Galenus earum sermonem in libro de Ossibus instituens, sub synarthrosi seu coarticulatione futuram, harmoniam, & gomphosim nequaquam comprehendere debuit: quum illa simul cum symphyssi sub uno genere locanda uenerant, quod ossium structuras continet, ad nullum penitus motum à Natura fabricatas: quodque illi opponitur, cui structurae subsunt, ad motum siue manifestum, siue obscurum.

compo-



compositæ. Synarthrosis enim à diarthrosi sola motus obscuritate differt, & utraque iisdem structuræ speciebus coeunt, enarthrosi nimirum, arthrodia, & ginglymo. Sic quoque ad symphysem male refert, ossa uel alicuius corporis beneficio, uel nullius inuicem componi. quum enim eiusmodi corporum, quorum auxilio aut interuentu ossa construerentur, triplicem differentiam, cartilaginem uidelicet, carnem & ligamentum indicauit, tres compositionis species suis nominibus appellans, nulla nobis dari potest symphysis, quam ligamenti, aut carnis interuentu coaluisse uerè diceremus.

Neque id sanè mirum est, quum hæc compositionis ratio ad omnes ossium structuras sit referenda, in quibus facile cernimus suturas & harmonias, & in ætate consistentibus symphyfes, solius structuræ nexusque opera, absque tertij corporis auxilio committi: articulos uerò ligamentis tum in ossium circuitu obductis, tum ipsa commissione nonnunquam interuenientibus, ac dein musculorum (qui carnis loco censentur) opera, contineri. Cartilaginem uerò in iunioribus hominibus ad symphysem concurrere, admodum pulchrè spectamus.

Vbi etiam succurrit, Galenum de symphyse loquentem, quod fungosa molliaque ossa, nullis medijs connascantur, sicciora densioraque nonnullis intermedijs coalescant, scripsisse: quum tamen, ut mox retuli, in puerulis, quibus ossa fungosa & mollia existunt, symphyfes medio cartilaginis fieri cernamus: in senibus uerò, quibus arida iam siccaque & magis densa euaserunt ossa, eiusmodi cartilago prorsus aboleuerit: imò ne coalitus quidem linea plerunque se exhibente. Atque ut Galenus commissurarum constructionum uel ossium differentias ita parum assecutus est, sic quoque in exemplis adducendis parca uidetur, quibus suas commissuras comprobaret. Quanquam neque exempla in cognitis illi commissurarum differentijs adducta, prorsus mendauacent.

N da uacent.

da uacent. Parum enim sese ostendit anatomicum, quum uertebras ad ginglymon refert, atq; elatissimam & mediam demens, reliquas ginglymo committi testatur, quod simul susciperent & susciperentur: non expendens discrimen illud in uarijs esse articulis, secp; tria ossa ut ginglymi compositionem doceret, adducere. Nam, etsi omnes quæ supra duodecimam (aut quæcunque illic utrinq; suscipitur) thoracis uertebram, ad primam usq; ceruicis habentur, superiori sede incumbentem subeant uertebram: inferiori autem sede subiectam admittant: & rursus quæ in lumbis sunt, contraria ratione articulentur: tamen in duarum uertebrarū ad inuicem nexu, mutuus non confurgit ingressus, neque idcirco etiā ginglymos. Etsi quis ideo os aliquod ginglymo committi uelit, quia superiori parte aliud os admittit, inferiori autem aliud ingreditur: aut contrā, humiliori excipit, elatiori immittitur: nullam articuli cōpositionis rationem habens, neque obseruans quot ossa ad unum exemplum, adeoq; unam constructionem ducit, non pauca ossa, ut prima digitorum, ginglymo necti astruet, cum Galeno admodum dissona propositurus: quandoquidem commissurarum differentia, ad duorū ossium nexum omnino sunt referendæ.

Verūm his neglectis, ad peculiare ossium descriptiones properemus, ubi occurrit capitis os octauum mihi numeratum, in frontis ossis basi positum, quod miror suis peculiaribus futuris à Galeno non circumscriptum: ac cur spongiæ potius modo, quàm cribri, peruium censuerit, quum eius foramina ad cribrū magis sint conferenda: neque illa ad pituitæ cerebri distillationem priuatim parata sint, quum hæc nunquam pituita citra morbum possit duci. At hæc Galeni sententia, magis adhuc in cuneo assimilato osse uenit expendenda, quod sub cerebri basi spongiæ modo extractū foraminibus uarijs, neque rectā penetrantib. ad spongiæ pumi-

giæ pumicisq; rudioris foraminū effigiem donatum tradit: quum interim id falsum sit, totaq; in caluarię amplitudine conspicua sede leue (si sinus ac processus ipsius exceperis) uisatur, & non minus quàm frontis, aut temporum, aut occipitis os integra, neq; spongię modo pertusa crusta, efformetur. Mirum profectò est, Galenum eiusmodi compositionem propter pituita, quæ prorsus inartificiofa esset, excolationem cõfinxisse, & non potius quæ in illo osse frequentissimè occurrūt antra indagatum esse, in ea sede, ubi id crassum esse oportuit, tum ob alias causas, tum sinus occasione quo glans continetur cerebri pituitam excipiens, qui que tam elegantibus undiq; consitus est processibus, non minus quàm sinus ipse obseruandis. Imò ex uaria & notatu digna quæ in caluarię amplitudine occurrit compositione, in sinibus dico pluribus, & tuberibus, maximi usus gratia à summo rerum Opifice insigni industria fabricatis, Galenum nihil expendisse, ideo coniector, quod nullius horum mentionem fecerit, nihil que illic apparentium conscripserit: nisi fortè quis illū ossis meminisse contendat, quod in cerebro positum obseruaretur. Apparet namque, Galenum apud dissectionis professorum aliquem, ossis eiusmodi mentionem reperisse: & ne ipse quicquam ab alijs traditum præteris, aut ignorasse uideretur, eius quoq; quantumuis obiter, meminisse. Ego sanè hominis cerebrum nullo osse donatum reperio, sed in canibus primum didici, unde huius ossis sermo anatomicis incidisset. In canibus enim inter cerebrum & cerebellum, amplū & latū, sed tenue, consistit os, secundū cerebelli gibbum inferius cauū, & superius pro cerebri sinuatione conuexum, ac ab occipitis osse e ductum, cui omnino est continuum. adeo ut augurari liceat, Anatomicos quibusdam animalibus, eiusmodi os præbuisse: Galenum uerò, & si cuiusmodi id esset, ipsi non constaret,

N 2 illius me

illius meminisse. Quemadmodum in osse euenit, quod præter summum humerū & clauiculam ex Hippocratis oratione Galenus tertium in illo articulo confixit. Cavitatis in temporum osse, auditus organi gratia exculptæ, apud Galenum nulla est historia: quū tamen tam uaria & elegans sit, summiq; Opificis industriam, si modo quid aliud, uel maxime attestetur.

Atq; ut cavitatis illū latuit, ita quoq; præter ipsius membranas, ossiculorū cognitionem haud habuisse colligitur, quorū unū femoris ossi, cui inferiora capita essent adempta, uel malleo comparamus: alterum uerò incudi, aut molarī denti, duobus donati radicibus, simile statuimus. Deinde in dentium radicibus enumerandis, Galenus nō omni ex parte uerus est: quum intimi ultimiq; molares breuioribus, compactioribusq; & sæpe paucioribus donentur radicibus, quàm qui ipsis ordine succedunt. Sic etiam molares caninis dentibus proximi, non tot radices, quot Galenus illis tribuit, sibi uendicant. Atque ut radices leuiter expendit, ita quoq; cavitatem neglexit, quæ in singulis dentibus pulchrè est conspicua. Quanquam non adeò mirum est, Galenum cavitatem dentium alioquin in ipsorum erosionibus insigniter expendendam, præterisse: quum eò usq; paruis ossibus cavitates denegauerit, ut digitorum ossa testetur esse solida: quum id neutiquam ueritati sit consonum, eadem namque structura constant, qua femur, aut humerus, in sinu dico secundum illorū longitudinem protenso, & medullæ cōceptaculo. In capitis foraminum historia, præter alia non uerè scripsit, foramen uisorio neruo uiam præbens, duplo maius illo esse, quod secundi paris neruum transmittit.

Istud scribens, neruorū proculdubio rationem duntaxat habuit. nam si hoc loco anatomicen sedulo in homine aggressus fuisset, non neruum tantum secundi paris, & portionem tertij coniugij, quam ad oculorum sedem di-

sedem dirigi scimus, per id foramen ferri didicisset: uerum pituitam cerebri hac non mediocri portione duci, & uenæ ab oculorū sede in duram cerebri membranam pertinenti, ac etiam insigni arteriæ caluariæ amplitudinem egredienti, uiam præbere, ac proinde præfens foramen meritò illo amplius uideri, quò uisoriùs ducitur neruus. At ut Galenus pituitæ ductus parū obseruauit, ita quoq; ex sui plexus reticularis descriptione, nō dubitamus illum nullā arteriæ propaginem ex caluariæ amplitudine ad oculos ferri arbitratū: quum quicquid soporalis arteriæ in caput ducitur, in eum plexum absumi contendat, à quo rursus duo tam insignes cōfurgerent rami, q̄ ipsa soporalis erat arteria in caluariam pertingens. Quam uerò hæc sint absurda, suo loco cōmemorabit: nunc enim sermo mihi in ossiū historiā est aliquandiu cohibendus. Paucorū itaq; Galenus ex tanto numero meminit foraminū, eaq; parum uerè ab ipso sunt tradita: ut & foramen, quo cum tertio pari neruorū cerebri soporalem arteriam duci meminit, quum interim tam elegās & maximè obseruandū foramen arteria priuatim adipiscat. Præterea quī reliquarum arteriarū caluariam petentiū foramina illum iatu erint, ex ipsis cōstat arterijs, quarū nullam præter soporalem suo reticulari plexui oblatā, uidetur cognouisse. In maxillæ superioris descriptione, Galeno acquiescendum non est: quū illam solidam, & medullæ expertem, leuitateq; haud indigentem, ideo cōfingit, quò inferioris maxillæ ritu nō moueatur, nam præter narium foramina, tam ampla & patentia, utrinq; ad illorum latera, cavitates insignes aère magna ex parte oppletæ cernuntur, admodumq; leuis hac ratione maxilla euadit, ad eum ferè modum quo cauas quæ Diuis in templis appenduntur imagines in formulas fundi nouimus, quoties diuæ Luciae oculos, diuæ Agathæ mammillas cum pectore, diuo Anthonio brachia & crura

N 3 appendi

appendi solent, adeò, ut si quis oris cōstitutionem, dentiumq; in superiori maxilla seriem, et oculorum sedem expenderit, atq; ideo hanc non exiguam fieri cognouerit, Naturam profectò celebrabit, quod frustra hominem nō onerauerit, sed simul robori & leuitati (quum aliàs moles constaret) scitè prospexerit. Sutararum superius habita est mentio, propter eas quę in simijs et canibus, nō autem in hominibus uisuntur, quanquam illarum ductum nō omnino rectè etiam in simijs à Galeno descriptū esse, tunc quoq; satis innuebatur: & in alijs quibusdam futuris tam est obscurus, ut unam eandemq; futuram diuersis sedibus cōspiciam, trium suturarum nomine descriptisse colligatur. Vnde uerò Galenus os u imaginem referens, nō pluribus & uarijs ossiculis constructum esse prodiderit, haud satis assequor. Quemadmodum quoq; in thoracis uertebra rum, corporibus suis contextu, nullius uertebrae corpus humiliori sua sede ad uertebra r̄u ceruicis formam educi, & a subditæ uertebrae elatiori sede caua excipi, uideo: & si Galeni ea fuerit sententia. Nō minus enim thoracis uertebrae rectis & planis superficiebus corporum structura, quàm lumborum, cōponuntur. Huic non admodum est dissimile, quòd omnes transuersorum processuum thoracis uertebra rum sinus, quibus costarum secundus nexus perficitur, deorsum spectare tradidit: quum humiliorum uertebra rum, quibus costae altero nexu committuntur, processus, non minus sursum pulchrè suum sinum spectantem gerant, quàm elatiorum uertebra rum sinus deorsum nutat: uti & mediæ uertebrae, in transuersis processibus sinus neq; sursum, neque deorsum inclinantes gerunt.

Non semel apud Galenū legitur, omnes costas duobus nexibus ad uertebra s cōmitti, uno ad illorum corpus, altero ad transuersum processum: quum interim decimam, & duas illi proximè succūbentes uertebra s,  
 transuersis

transuersis priuet processibus. Decima sanè costa duobus nexibus heret, atq; ideo decimam uertebra transuersis non destitui processibus, apertè constat. Quum uerò duæ hac humiliores, tam exiguæ essent, transuersimq; & parum admodum obliquè antrorsum ducerentur, illarum causa uertebri quibus committuntur, transuersos processus porrigi, non fuit necessarium: quamuis interim musculorum gratia transuersos processus sibi uendicent, sed amplos, & perquam modicè exertos. Iam quid Galeno in mentem uenerit, nō satis teneo, quando humerum post femur omnium ossium maximum censuit. Nobis enim fibula humero longior occurrit: & tibiæ os non solum longius, sed & crassius, in hominibus saltem uisitur. nam in canibus humero crassitie quodammodo cedit. Adhæc, ossa sacri ossis lateribus commissa, humerum grauitate longè superant. Deinde Galenus demissiore humeri sedem perscribens, illius interius tuber, maius exteriori statuit: interius appellans, quod ad latus internū consistit ulnæ cum humero articuli, ac multis musculis initium præbet, deducendis que neruis quibusdam pulchrè subseruit: exterius uerò id appellans, quod ad externum dicti articuli latus positum, cum radio articulatur, & pariter musculis exortus cōmunicat, multis numeris interius magnitudine & crassitie & exertione uincens, ut cunq; Galenus secus statuatur. A ueritatis insuper studioso non perfunctoriè expendi deberet Galeni historia, de brachialis cum cubiti ossibus articulo, est enim ille non parua Naturæ industria paratus, quum interim eius fabricam Galenus non assequatur: imò quæ naturæ negligentiam arguant, haud pauca intermisceat. Quum enim hæc totam brachialis articulationem ad radium, quantum fieri licuit, referendā putauerit, ut quòd radij beneficio in pronum supinumq; cum uniuersa extrema manu secundariò moueri deberat,

Joelants

buerat,

buerat, ulna interim supra quā radius tum agitur, magna ex parte eum motum sustinēte, Natura radium iuxta brachiale extra reliquā ipsius crassitiem industriē adauxit, sinum illi oblongum insculpens, quo tria superiora brachialis ossa inuicem instar unius capitis constructa & hærentia, inarticularentur. quod & factum est, tertij interim ossis portione ultra radium deducta, & ulnæ (nō tamen absq; alterius corporis interuentu) innitente. Quum enim radius totum sinum constitueret, humiliori sua sede cartilaginem produxit, quæ superius lubrica & læuis, rotundo ulnæ capiti ad internum usq; latus acuti illius processus incumbit, instar sinus cuiusdam articulationis illud ulnæ caput suscipiens. Inferius quoq; hæc cartilago à radio pronata, læuis & lubrica est, reliquum tertij ossis brachialis concinnè admittens, & quicquid radio in sinu quo brachiale articularetur defuit, adimplens, brachiali interim ulnæ ossi citra alterius corporis interuentum, articularū modo, haud contiguo. Nam ab apice acuti processus, qui dicta nuper cartilagine non obducitur, ulnæ ligamentum non aliter prodit, quàm à summo apice radij et circumstantibus sinus supercilijs ligamenta enascuntur, brachiale cubiti ossibus cōmittentia. Is enim ulnæ apex læuis nequaquā est, articularumq; ritu brachiale contingit; & si secus Galeno uisum sit, acuto illi ulnæ processui nimium fauenti, & brachialis ad cubitum articulationem ex æquo (quantum ex ipsius historia assequor) ad radium & ulnam referenti, quod quantum à Naturæ industria absit, ex uero nuper commemorato brachialis ad cubitum nexu, facile patet. Atq; ut tam obiter Galenus articulum hunc expendit, ita quoque non mirum est, duos illos satis in homine laxos articulos ab ipso non explicatos, quibus radius ulna articulatur. ac superiori quidē articulo radius ulnam excipit, inferiori autem radius ulnam admittit. Pari ratione  
cartilagi.



cartilaginem eam neglexit quæ à radio pronata, ulnam à brachiali interdiuidit, totumq; articulum brachialis ad radiū penè reducit. Verùm ut hanc cartilaginem præterit, ita quoq; nullas alias expendisse uidetur, quæ præter cartilagines ossibus in articulis læuis in modum crustæ obnatas, & sua in mollitie & duritia tēperie ossium articulos iniurijs ferendis ineptos reddētes, in quibusdam articulis ita reponuntur, ut nuper commemorata inter brachiale & ulnam mihi occurrit: cartilago uidelicet utrinq; læuis, & coarticulatis ossibus, nisi ligamentorum beneficio, in ambitu commissa. Reperias autem eiusmodi cartilagines in inferioris maxillæ ad superiorem articulis, in clauicularum ad pectoris os commissuris: uti etiam in nexu clauiculæ cum summo humero superiori ue scapulæ processu. Brachialis insuper ossa non sunt ita dura & densa, quin quoq; fungosa cernantur, & medulla non minus quàm ossium appendices, aut reliquæ ossium sedes extra magnos sinus consistentes, oppleta. Quum Galenus prolixè digitorum ossa exprimeret, non additum ab illo oportuit, digitorū ossa parem cum digitis formā obtinere. nam et si postbrachialis & pedij ossa, quodammodo in longitudine teretia sint, & digitis aliqua ex parte inde comparari possent: digitorum tamen ossa, ut exterius gibba & teretia uisuntur, ita quoq; interius sunt compressa, & in eum modum plana, ut cum tendinibus illorum internæ sedi commissis (quæ ueluti dimidiam teretis figuræ partem constituunt) teretia tantum occurrant. Neq; noui num ita Galeni fuerit sententia, ut ab ipso scriptum est, digitorum articulos omnes sibi respōdere, & simpliciter prioris ossis internodium in subsequētis sinum subire: non secus sanè, ac si enarthrosi digitorum nexus perfici, indicatum uoluisset. Est enim in digitorū articulis magnum discrimen: uti etiā motus uarius & discrepās, nō parua Naturæ prouidentia,

O uidentia,

uidentia, illis attribuitur. Prima enim quatuor digitorum internodia flectimus & extendimus, & dein utrinque in latera ducimus. Secunda uero & tertia internodia, solam extensionem & flexionem experiuntur, nihil cum laterali motu commune sibi uendicantia. Satis enim erat ad digitorum diductionem & adductionem, primos artus in latera posse dimoueri, ad quorum motus alij artus secundario subsequerentur. & interim ualidiori articulationis specie commissis, illorum robori consulitur. Nouimus enim, ut ginglymos minus luxationibus, quam inarticulatio, subiiciatur. ac primi quidem digitorum articuli hac committuntur: secundis interim & tertijs, uti à me non obiter scriptum est, per ginglymon constructis. Adeo ut Galenum mirer, quod quum in libris de Usu partium musculorum digitos in latus mouentium insertionem illis tantum ossibus tribuisset, quæ proprio motu in latus aguntur: perinde atque Veterum, quorum suffragio in illis libris scribendis inibi proculdubio utebatur, erat sententia: in libris autem de Administrandis sectionibus seipsum male obseruatorum insertionum arguat, ut quas in omnes digitorum articulos fieri inibi tradat: tendinibus proculdubio delusus, qui externæ digitorum sedi adnascuntur, ab illis musculis qui uaria commixtione, et illorum extensioni & in latus à pollice abductioni præfunt.

Verum hæc ad musculorum potius, quam ossium tractationem pertinere, quis merito cõtenderit. Ex magno igitur ossiculorum quæ à sesami semine nomen obtinuerunt numero, in meis libris commemorato, haud satis mirari queo, Galenum nullius ferè situm manifestè expressisse, illaque non aliter præterisse, quam si nulla aut admodum pauca ipsi inter dissecandum occurrissent, uti cum ligamentis et tendinibus auferri solent.

Quum Galenus tibiæ ossis sinus expenderet, quibus humiliora femoris capita excipiuntur, illosque ad capitulum pro-

tum proportionem cælatos diceret, mirum sanè est, ipsum non animaduertisse, quàm obiter & parum altè Natura illos sinus, si cum protuberantibus & magnis femoris capitibus conferendi sint, exculperit, ac proinde raro & singulari beneficio non sine magna occasione cartilagines quasdam parauerit, sinuum cavitatem egregiè adaugentes. Videtur enim Galenus in genu articuli examine cartilagines illas non obseruasse, quæ supra infraçq; leues, instar crescentis Lunæ in sinuum circuitum reponuntur: exterius crassæ, & sensim quasi in aciem desinentes, sinusçq; hac ratione cauiores pulchrè reddentes, uti non obiter in primo de Humani corporis fabrica à me est proditum. ubi etiam patellam duriorum, & alterius constitutionis mihi uideri, attestatus sum, quàm ut cartilaginei ossis nomen ab alijs indendum putauerim. Neque etiam inibi præterire potui, prolixam illam in tertio de Partium usu, humani pedis cum cæterorum animalium pedibus comparisonem, in qua neutiquàm Galeno mihi acquiescendum fuit: quum is longissimū pedem tribuat, ego contra breuissimum. si modo pedis uoce id comprehendere debeat, quod similibus ossibus tum numero, tum forma, tum articulationibus, tum musculis et tendinibus, idçq; genus alijs quæ in partium historia expendimus, magna ex parte cum hominis pede proportionem habet. Feles enim, canes, & meæ mustelæ, sciuri, lepores, cuniculi, lupi, leones, & magis adhuc simig, calcis os, tantum, os cymbam referens, & quatuor tarsi ossa habent paucissimis differētijs ab humanis ossibus distinguenda. & his dein pedum succedit, et digiti, ac dein musculorum magna est proportio, adeò ut corpus his omnibus efformatum, pedem uocare, ac humano pedi conferre debeamus. Incipit autem iste quadrupedum pes, ubi Aristoteles, et in tertio de Partium usu Galenus articulum statuerunt genu humano proportionatum,

O 2 quo in

quo in bifulcis animalibus talum reposuerunt. quum interim tam equi, quam asini, aut cuiusque solipedis talus quoque similis bifulcorum inibi occurrat. & in quadrupedibus pedes in digitos diuisos habentibus, talus quoque ibidem habetur, hominis talo similis, & illi talo usu proportionatus, quem bifulca spectandum offerunt, & si forma inuicem non admodum correfpondeant. Ab illo itaque articulo quadrupedum animalium pes incipit, qui quantum humanum pedem longitudine, quando cum illo sit conferendus superat, nulli non est euidentissimum, quicumque modo propter affectum quem erga autores habemus æquo pertinaciorum, suæ rationi imponere noluerit. Scio enim quot ex hac obseruatione corruant Aristotelis placita, simulatque quis à me didicit, quadrupedibus. femur nostro proportionatum obtigisse: quod scilicet rotundo capite coxendicis ossi inarticulatur, & duobus capitibus tibiæ ossi committitur. Habent enim quadrupeda tibiæ os femori, non secus quam in homine, articulatum, & patellam ut in hominis genu illi articulo præpositam: quamuis femur cum suo coxendicis articulo, & genu quoque, in corporis trunco quibusdam animalibus latere uideantur. Vnde etiam Aristoteli proculdubio hic (quemadmodum et de auium cruribus alibi ostendere nitior) impositum fuit. Dein tibiæ os in omnibus quadrupedibus talo articulatur, cui calcis os in omnibus quoque subest. Hicque articulus non alio donatur motu, quam in homine illum flexione & extensione agi nouimus. Hunc articulum dein in animalibus pedem in digitos dissectum gerentibus, omnia quod ad motum & ossium seriem (non autem ex lateribus numerum) attinet, perinde ut in hominibus quodammodo succedunt. In solipedis & bifulcis, etiam si ossium cum hominibus non eadem sit series, quotquot tamen talum ad unguis usque extremum sequuntur articuli, parem cum hominum pedum

num pedum articulis in flexione et extensione motum (ut sic dicam) referunt. Adhæc, in anterioribus quadrupedum pedibus, ubi Aristoteles, & Galenus in tertio de Partium usu, articulū statuūt, quem à nostro cubiti articulo differre uolunt, & discrimen inter hominem & quadrupeda proponunt, is articulus nostro brachialis ad cubitum articulo in motu & quasi conformatione respōdet. Est enim is, quo quadrupedum cubitus brachiali nequitur, cubiti interim articulo altius reposito, qui flectendo & extendendo & articulationis forma cum ulnæ ad humerum in hominibus articulationi respōdet: quadrupedum dein humero cum scapula parem nobiscum articulationem moliente.

Præterea in digitis & cæteris manus ossibus, quantum ad motū referre possimus, omnia sunt paria. Ceterum quantum hæc cum Galeno & Aristotele, et omnibus qui de animalium ingressu, hominis erectione, fessione, talorum lusu, eiusq; generis non paucis frequenter scripserunt, pugnent, quantumq; illorum placita euertant, facile à quouis expenditur, qui nunc admonitus, ueritatis studio tenetur. Non enim hæc mihi sunt adamussim prolixèq; persequenda, qui tantum aliquot parum ueras Galeni descriptiones obseruationesq; in mediū ducendas suscepi, quem mirū est, adeò in Euripide irridendo occupatū fuisse, ut Aristotelis sententiæ acquiesceret: quū proculdubio cōstet, illum simiarū saltem pedes disse cuiisse, ac proinde, ut cætera taceā, oportuisset illū obseruasse simiæ pedem humano multò esse longiorē. Verū nunc de ossib. sermoni finis est imponendus, si antea admonuero, Galenum in pedis constructione parum memorem, nō animaduertisse, hunc uno osse à manu superari: quando in secundo libro commentariorum in Hippocratis librum de Fracturis, parem ossium numerum in manu atque in pede cōmemorat, non expendens, os cubum teste.

O 3 ram uere

ram'ue referens, bis sibi numeratum : prius id peculiaris ossis loco recensens, ut calcem, talum, & cymbam referens os, & hoc tesseræ comparatum, quatuor ossium loco habeat, qui superiorem brachialis ossium seriem complent. deinde quatuor humilioribus brachialis ossibus quatuor tarfi ossa confert: non expendens, quartum & extimum tarfi os, illud esse, quod cubum aut tesseram referre dicimus. Musculi definitio, ut uidetur callidè & pulchrè, Anatomen non aggredienti, aut oscitanter circa musculorum naturam uersanti, à Galeno instituta: ita quoq; illi haudquaquam potui subscribere, sed aliam, ut in secundo meorū de Humani corporis fabrica librorum occurrit, instituere coactus sum. Nullum enim musculum in uniuerso corpore hactenus obseruauī, cui Galeni descriptio ad amissim uel in hoc competeret, quod æquè ligamenti & nerui natura compos esset, aut exactè medium quid inter neruum & ligamentū statueret: ut non dicam, parem ligamenti & nerui portionem, musculorū constitutionem haud subire, nam et si Galenus id sæpius indicare uideat, alibi tamen expendit, nerui portionem ligamento minorem esse. Quòd uerò musculus nō sit natura medius, uel tendo calcis posteriori sedi insertus, argumento erit, qui solus multo crassior est quatuor neruorum, radicibus in femur digestis, si quis eas in unū corpus coaluisse fingeret. Et quot quæso alij sunt tendines, qui tibiæ ossi & fibulæ & pedis ossibus inferuntur, ab illis musculis educti, quibus animalem uim à quatuor illis radicibus ferri constat? Et quum Galenus neruum ligamento in musculi ortu adhibet, ut simul permisceri possent, ambo in propagines diuidi censet: quæ rursus in plures dissectæ, tandem denuò in unum sensim coirent, ac tendinem conficerent. Quis non talem nerui seriem non oportuisse fieri ex musculis animaduertit, qui suo principio q̄ tendine latiores sunt, neq;

*Nōnullæ partium ueræ descriptiones ex musculorum ligamentorumq; historia desumptæ.*

sunt, neq; suas fibras ullibi magis diremptas, quàm in exortu ostendunt: Atq; eius generis sunt, qui ab ilium osse enati, femoris motibus præsumt, præter multos brachij motuum autores. Dein intercostales musculi non minus lati in insertione, quàm in exortu, & toto incessu, uisuntur, & transfuersi & obliqui nobis appellati abdominis musculi, suis eneruationib. ampliores quàm exortibus, initijsq; occurrunt. Ut taceam neruos parem ferè cum uenis & arterijs seriem aliquando in musculis, aliquando supra musculos, quum graciles & tenues existunt, moliri. Atq; si seriem hanc expenderis, subinde procul à musculi capite, neruum musculo porrigi obseruabis, pro musculi nimirum ortus sede. Satis enim constat, capitibus musculorum quos femoris & brachij motibus præesse dixi, non ita ut Galenus innuit, neruos offerri: Natura interim non prætereunte, ne ad musculi contractionis motusq; ductû, contrarios neruorum moliatu incessus. Rursus si elixum tendinem neruo alicui simul cocto contuleris, & utrinq; per transfuersum secueris, tendinem à ligamento densitate & continuitate, ac substantia denique differre astrues: quum interim neruus ueluti funis aliquis uidebitur pluribus cordulis efformatus, tendini que neq; forma neq; substantia correspondens. Dein musculorum tendines, propter neruorum commixtionem illorum capitibus & exortibus non sunt crassiores, uti Galeni fuit sententia, qua neruorum commixtionem approbare nitebatur. Ut enim taceam musculos carneo initio eductos, qui uel trigefies amplio-rem exortum quàm insertionem obtinent, ut omnes ferè qui femoris motibus præsumt: illos expendamus, qui neruei quodammodo educuntur, carneos proximè non contingentes. atq; ita uideamus, num primus, secundus & quartus pedem mouentium, non maiorem & amplio-rem neruosi exortus portionem constituunt, quàm

tuant, quam omnium illorū tendo calci insertus, crassitiam obtinet. Et quis nō plures fibras & exortus neruos cōspicit in musculo brachiū attollente, quā illarū uideatur in humerū insertio. Mirum quoque esse debet, non semel à Galeno inculari, nullos musculos ossa mouentes tendinibus priuari: quum in multis secus constet, nulli enim tendines intercostalibus musculis adsunt: uti neque quadrangulari musculo scapulam ad dorsum agentis, & pollicem indici proximè adducenti, & minori primum pollicis os flectentium, eiusque generis haud paucis. Et si tendinis naturam quis, ut à me traditur, non uulgariter obseruauerit, & carnem non solum ad fibrarum in musculis diuisionem fulciendam, uti Galeni est opinio, creatam, sed præcipuam musculi substantiam censendam esse expenderit: is profectò facile colliget, rerum Opificem tum primum tendines musculis dedisse, quum illum locum sibi uendicant, secundum cuius longitudinē undique carne constare non debuerunt, quum enim arcto loco continentur, neque in longum educuntur, tendinibus carent, aut pro loci ratione longos aut breues obtinent. Similis quoque locus est, quo Galenus nullum musculum nisi ab osse originem ducere, aliquoties testatur. Deuisset enim tunc animaduertere, oculorū musculos ab ossibus non enasci: illum præcipuè, qui sex primis musculis continentur. Dein musculi quatuor manus digitos pollicis adducentes, ex membranis initium ducunt, quæ tendinibus obuoluuntur, tertia illorum digitorū ossa flectentibus. Et orbicularis quoque sedis & uesicæ ceruicis musculus, ab osse ne utiquam pendet. Miror pariter Galenum octo musculos laryngis communes numerare, quum sex tantum describat: arbitrarer autem illum eos quoque uoluisse adnumerari, quos ab osse uel imaginem referente, in laryngis operculum inseri, idque sursum ducere inueni, si uel leuis illorum apud Galenum

occurreret



occurreret mentio, & non uniuersim dixisset, communes laryngis musculos in primam illius cartilaginē scuto comparatam inseri, ad illamq; omnes pertinere.

Vt Galenum non rectè munus musculi cognouisse alibi proponam, qui scapulam pectori adducit, in internum scapulæ processum insertus: ita quoq; tum alijs quibusdam sedibus, tum uerò maxime in ortu, parum aptè ab illo describitur. Neutiquam enim, etsi Galenus non semel secus astruit, à secunda thoracis costa & tribus insequentibus inibi principium ducit, ubi illarum cartilagines pectoris ossi coarctantur, adeoq; ex ipso pectoris osse, uerum priusquam illæ in cartilagines cessant, præsentis musculo initium præbent. Atq; ut musculi huius ortum Galenus neq; in simijs, neq; in homine est affectus: ita quoq; non mirum est, illum musculi huius insertionem humeri articulo tribuere, quum interim totam insertionem homini in internum scapulæ processum tentet. In caudatis simijs, quibus hic processus omnino est exiguus, & parum eductus, insertionis portio ad ligamentum humeri articulo circumdatum pertinere uidetur, quanquam eius insertionis gratia, musculus iste, illi quod Galenus ipsi falso ascribit, muneri neutiquam præesse potest. In secundi brachium mouentium musculi  $\Delta$  imaginem referentis apud Galenum descriptione, uidentur aliquot ipsi subditi commemorari: perinde atq; musculus, quem ego  $\Delta$  imaginem exprimentis loco duntaxat habeo, ex pluribus incumbentibus ita efformaretur, ut tres primos femur mouentes, ac ex ilium osse continuo successu initium sumētes, mutuò instratos cōmissosq; nouimus.

Verum Galenus in huiusmodi descriptionib. tam uerus est, ut minimè sibi in decimotertio de Partium usu, & quinto de Administrandis sectionibus, cōstet. Vt ut sit, præter mihi cōmemoratum musculum, hoc loco nullum reperiēs: neque illi à quoquam in brachij  
P eleuatione

eleuatione subsidium præstari arbitror. Nam si huc re-  
 ferrem musculum, qui tanquam musculi cauam scapu-  
 læ sedem occupantis pars, scapulæ gibbi sinum, sedem  
 que implet, qui inter elatiorem scapulæ costam, & ipsi-  
 us spinam consistit: illi sanè nihil tribuere possem, quo  
 uel minima sede musculum  $\Delta$  similem cõtingeret: tan-  
 tũ abest, quod insigni connexu ipsi iunctus esset, quod  
 omnes Galeni descriptiones potissimum uidentur de-  
 siderare. Cæterum ut Galenus in alijs musculis hic  
 statuendis se frustra occupauit, ita quoq; musculi  $\Delta$  re-  
 ferentis insertionem neglexit, quam rectà deorsum in  
 humerum fieri tradidit, eam musculi brachium pecto-  
 ri adducentis insertioni respondere scribens: quum in-  
 terim magna Naturæ industria quodammodo trans-  
 uersam moliatur insertionem, deorsum in posteriora  
 admodũ obliquè uergentem. Ex motu enim, quo ere-  
 cti aliàs, brachiũ mento & naso, dein auri, & inde pro-  
 cul post occipitium, quasi in semicirculum, beneficio  
 musculi  $\Delta$  formæ cõparati ducimus, promptè constat,  
 quàm necessarium fuerit, eam quam dixi, quæq; inter  
 secandum spectatur, insertionem confici: non autem,  
 ut Galenus uoluit, eam quæ rectà deorsum secundum  
 humeri lōgitudinem duceretur. Atq; hæc mihi tam  
 de caudatis simijs, quàm hominibus dicta accipias ue-  
 lim, illæ enim in præsentem musculo nobis respondent,  
 quum interim canes, & alia clauiculis destituta bruta,  
 plurimum discrepent. Quartus brachium mouenti-  
 um musculus, qui ex spinarum à sextæ thoracis uerte-  
 bræ spina ad sacri ossis medium usq; eductarum apici-  
 bus pronatus, formaq; triangularis, et brachium deor-  
 sum mouens, quando sua elatiori costa, scapulæ basis  
 humiliori obducitur angulo, nullam in scapulam moli-  
 tur insertionē, neq; inibi substratis illi musculis impen-  
 sius, quàm tota ipsius amplitudine nectitur, & si Gale-  
 no ampla & insigni apprehensione musculum hunc  
 scapulæ

scapulę adnasci uisum sit, quò musculos confingeret, scapulam deorsum ducentes. Neq; etiam duntaxat Galenus huic musculo eam insertionem præter meritum tribuit, sed illum dimissiùs suum principium sumere arbitratus quoq; fuit: quū ipsum inibi incipere scribat, ubi posteriorum scapulam mouentium dimissior terminū obtinet. Ita appellās proculdubio partem humiliorem muscoli, quem scapulam mouentium secundum habemus, monachorum cucullis illum comparantes. Hęc pars deorsum magis spectat, quàm muscoli brachium mouentium quarti initium, quod notatu digno interuallo partem illam sibi instratam uendicat.

Musculus, qui dorsi musculis secundū thoracis longitudinem exporrectus, & ex lumborum carnib. principium ducens, humanū thoracem mouentiū quartus à me habetur, neutiq; (licet Galeno secus uisum fuerit) carneis tantū partibus cōstat, quū tam pulchras instar tendinum insertiones in costarum ipsi parata tubercula, moliat. In septi transuersi foraminum historia, mihi cum Galeno haud cōuenit, quum ego stomacho, seu uia qua cibus & potus in uentriculum defertur, peculiare foramen, ab illa septi trāsuerfi sede tribuo, qua uertebrarum corporibus & magnæ arteriæ lumbos accessuræ cedit, ac foraminis unius loco Hippocrati & Galeno numeratur, illud supra undecimam thoracis uertebrā constituentibus, & stomacho quoque uiam ab illo præberi contendentibus. Superius enim uentriculi orificium nequaquam è regione duodecimæ, aut etiam si quis uelit undecimæ thoracis uertebræ subsistit: ac proinde in promptu est, stomachum non potuisse eò usq; descendere. Vnde etiam peculiare nanciscitur foramen, quo uentriculum adit, idq; nō solum supra arteriæ magnæ uiam habetur, uerū & ad sinistrum septilatus modicè inclinatur, uti & superius uentriculi orificium.

quum in

P. 2 nonnulla

nōnulla erunt in sequentib. cōmemorāda. in praesenti enim sat est, monuisse stomachū cum sexti paris neruo rū cerebri propaginib. illi exporrectis, priuatum foramen, ut et uenā cauā, sibi uendicasse. Diligens mea de musculis dorsum mouentib. descriptio, & nimiū obiter à Galeno illorū uix tradita enumeratio, facile in illis musculis Galeni negligentiam arguunt. nam ut cetera praeteream, quatuor dorsum mouentes musculi illum latuerunt, quos tanquam aliorum musculorū partes resecurit. Duo enim ab ipso praetereuntur, qui à posterioris sacri ossis sedis termino ad uertebam usq; supra infraq; susceptam pertinent, intermedijs uertebRARUM spinis adnexi, & initio & fine tenues, in medio autem crassi. Dein alios quoq; duos neglexit, qui à uertebra thoracis, quam supra infraq; excipi dicimus, ad ceruicem usq; porriguntur, uertebRARUM quibus attenduntur spinas occupantes, illisq; ualidissimè adnati, forma duob. nuper cōmemoratis musculis non admodum absimiles: uerū tanto minores, quanto obscurius thoracis uertebRAS ipsiS lumborum uertebRAS moueri, ac simul illarum spinas colligi, aut inuicem dehiscere, in dorsi motibus experimur. Hos itaque quatuor Galenus non animaduertit: quā perfunctoriè autem alios omnes depinxit, ex suis libris quisq; colligat. Inter ea, in quibus Galeni solitā in dissectionib. diligentiam desiderare circa uertebRARUM ligamēta possemus, non minimum mihi uidetur, ipsum Veteribus dissectionum proceribus, quos ex Galeni libris in corporum anatome sedulo uersatos nobis persuasum est, sententiæ haud acquiescere, qua uertebRARUM corpora cartilaginis illa interuenientis beneficio necti affirmabant. Obseruamus enim inter uertebRARUM corpora mucosam quandam & mollem fibrosam que cartilaginem, qua nullum aliud corpus ligamēti cartilaginei nomen magis mereri posse existimauerim; adeò, ut mihi nihil

in uniuers

in uniuerso corpore occurrat certius, quæ cartilagineas, aut cartilaginea potius ligamēta, uertebrarū corpora cōmittere. Ac proinde Galeni figmentum admiror, quo præter eiusmodi ligamenta cartilaginea, tertij cuiusdā dorsalis medullæ inuolucris (quod proculdubio nihil aliud est, quàm uertebrarum membrana illi respondens, quam cæteris quoq; ossibus obduci nouimus) processus inter uertebrarū corpora ferri tradit, cuius ope, non autem illorū cartilagineorum ligamentorum auxilio, uertebræ cōmitterentur. Mihi enim tertium illud dorsalis medullæ inuolucrum, non occulitur: sed nullos inter uertebrarum corpora processus mittere, plus satis perspectum habeo. Verùm hæc Galeni in Veteres calumniā neminem latere poterit, qui agni, aut hœdi, aut uituli elixas uertebras intueri non grauabitur: quo inter bina uertebrarū corpora, tres (ut ita dicam) cartilaginū series expendat, duobus ossibus interstinctas. Occurrent namq; tunc cuiusq; uertebræ appendix, & cartilago, cuius interuentu appendix reliquo ossi coalescit, ac demum cartilago cartilagineum uel ligamentum, inter duas appendices repositum. ita, ut quum uertebras inuicem dirimere, aut abrumpere statues, non illas inter appendices dehiscere, uerùm inter appendicem & reliquum os abscedere animaduertes, liquidoq; in promptu erit cartilaginei ligamenti discrimen cum cartilagine ad ossium coalitū aliàs parata. Quando Galenus tantopere tendinem sub extremæ manus cute delitescentem conatur describere, ac dein docere, quàm difficulter is à cute separari possit, quamq; cuti sit conterminus, illi expendendum erat, quanta globosi & duriusculi adipis copia, cutem & tendinem interueniat. Quum tendines secundum quatuor digitorum os flectentes, illi ossi oporteat inferri, ac ante insertionem, ut tendines ad tertios articulos eductos transmitterent, longa sectione partiri: debuif-

P 3 set fanè

set sanè Galenus quoq; examinare, illam sectionem seu perforationem, nō supra secundum digitorum os, sed priusquam primum superarent, perfici. Deinde tendines tertium digitorum os flectentes, quum primo ossi innituntur, haudquaquam latefcunt, imò non minus quàm reliquo ductu exactè teretes permanent: & si Galeno aliter proditum sit, qui etiam alibi eos in primum os inferi (minus adhuc rectè) scripsit. Adhæc, tendines secundū os flectentes, non in illius ossis lateribus, aliter quàm Galeni habet placitū, inferuntur: uerū latefcetes utrinq; sese subiiciunt tendini tertium os petenti, ac internæ ossis sedi partes utræq; sibi conterminæ implantant. Et si Galenus post descriptos libros de Usu partium, secundò suos de Administrandis sectionib. libros scribens, decem musculos à se inuentos gloriatur, quibus primi digitorum articuli flectuntur: nihilominus tamen, tres pollicis flexioni subseruientes, illum perpetuò latuerunt. Præter musculū enim ex cubito exporrectū, tertij pollicis articuli flexionis autorem, nobis quinq; occurrunt, ad pollicis quoque flexionem suppetias ferentes: quorum duo, primi ossis flexioni præsumt, tres autem secundum flectunt. Quia uerò Galenus decem numerat, prima ossa flectentes duos, qui primi pollicis ossis flexioni subseruiunt, illi cognitos fatebimur, ex Galeni tantum numero, quum formam, situm & naturam muscutorū non depinxerit, coniecturam capientes. Atque ita Galeno eos non perspectos fuisse dicemus, qui seriatim ad lineæ uitalis quasi ductum, ex uola in secundum pollicis os inferuntur, illiusq; flexionis non mediocri naturæ industria autores existunt. Pari quoq; ratione, Galenus peculiarē præterijt tendinem, radici primi pollicis ossis in posteriori sede insertū, & nō illorum modo altius conscendentem, qui externæ pollicis sedi elargiuntur. Pendet autem tendo ille à portione tertij principij

eorum quæ

eorum quæ secundum ulnæ longitudinem seriatim enasci in meis libris scriptum est. est que tertium hoc principium, illud quod brachiali in ortu magis conterminum, inter secundum obseruamus, quodq; Galenus non uerè secundum totam ulnæ longitudinem nasci tradidit. Quandoquidem tendinum circa quatuor digitorum radices in externa manus sede, uariam subinde spectamus seriem. Hic eum locum non adducam, quo Galenus uno musculo in quatuor tendines dissecto, quatuor digitos extendi; uno autem musculo in duo partito tendines, indicem et medium in latus à pollice abduci, ac alio perinde anularè auricularem que in exterius latus inclinari, prosequitur, nam etsi secus in homine hæc occurrant, non tamen eadem serie semper omnia constant. Quanquã omnino Galeni suffragio cõtrà eundū sit, quando tendines digitos extendentes ossibus tantum cõnatos docet, ubi articulorum occurrunt cõpages, quum ex æquo toti ossis longitudini inferantur. Deinde nunquam non uidimus musculū, qui in uola positus, pollicem à cæteris digitis maximè abducit, primo ossi nō inferi, quantumuis aliter Galenus docuerit. sed in secūdi ossis internū latus, breui quodāmodo tendine implantatur: & nō mirum est, Galenū in libris de Administrandis sectionib. eius insertionem ita descripsisse, quum libros de Partiū usu scribens, hunc musculū esse putauerit, totam carneam mōlem ad primū pollicis os positā, ac Veneris monti à Chiromanticis ascriptā, quæ nobis tamen sex constitui musculis tradit. Atq; etiam similis erat Galeni sententia, qua carneā mōlem sub paruo digito positam, ac Lunæ monti attributam, eum dūtaxat esse musculum arbitrabatur, qui minimū in externū latus maximè abducit: quū interim maiorem eius molis portionem efformet musculus, primum parui digiti os in externum latus flectens. Quòd uerò in tendinum digitos mouentium

uentium

uentium infertionibus, à Galeni historia, tum in quibusdam iam commemoratis, tum etiam in illorū tendinū implantationibus, qui digitos in latera mouent, uariam (non enim ego, uti neq̃ qui Galenum præcesserunt medici, eiusmodi infertiones illis articulis tribuo, qui proprio in latus motu destituuntur) facile constat, qui suæ sententiæ in infertionum enumeratione, accedere haud queam. Ex sedulo sinuum appendicis radij examine, & transuersorū in extrema cubiti sede occurrentium ligamentorum inspectione, etiam in confesso est, quantum in Galeni descriptionibus nobis desiderādum adhuc sit. nam præterquam quòd ex senis, interdum quoque ex septenis illic occurrentibus anulis, quatuor tantum cognouit, etiam tendinum falsum ductum simul cum improprijs sinibus & ligamentis recensuit. ueluti quum musculi quo quatuor digitos extendi arbitratur, tendines describens, eos in cōmuni ligamento & sinu ulnæ & radij contineri ait: quū interim illum sinum & ligamentum musculus occupet, qui paruo digito potissimum inseritur, & à Galeno eius & anularis à pollice abductionis autor habetur: eleganti interim sinu in radio illi musculo parato, qui in tot tendines dissectus occurrit. Verū magis adhuc admiror, Galenum membranæ non meminisse, quæ transuersi ligamenti modo musculorum sedibus pertinacissimè adnascitur, quæ cutem spectant, perinde ac si musculi illius membranæ beneficio, ne è suis sedibus agerentur, essent continendi. atq̃ id in cubito & tibia potissimum obseruatur: in femore interim peculiari musculo (uti à me scriptum est) tantum beneficij præstante. Iam quadratus musculus radiū in pronum agens, internæ radij & ulnæ sedi obductus est: non autem, ut Galenus docet, illa ossa intercedit.

Musculus ab humero pronatus, & radij appendici insertus, illiusq̃ in supinum motus opifex, non est omnium cu-



niūm cubitū mouentium longissimus, si musculum tertios digitorum articulos flectentem illi contulerimus, aut illum qui digitorum extensionis autor habetur, aut illum quoq; qui bicorni tendine in postbrachialis ossa implantatur, & mox sub illo Galeni longissimo musculo initium ab humero sumit. Galenus parum animaduertit, internum principium anterioris cubitū flectentium musculi, amplius multo esse exteriori, tendinis teretis forma donato: neq; solum amplius est, uerū partim carnea, partim neruea exoritur substantia, adeo ut carnea pars ueluti priuatus musculus mihi tunc uisa sit, quando apud Galenū interius principium exteriori gracilius esse, primū legebam.

Quousq; autem Galenus penis musculos, & eos qui in testium uasorumq; seminalium inuolucro à peritonæo educto occurrunt, assecutus sit, nobis nō constat: quum nusquam eorum uera habeatur mentio, ut neq; etiam linguæ musculorum: quamuis uel ob hoc quod Oribasius & Arabes eorum meminerunt, facile colligo, ipsum illis libris eos persecutum esse, qui nobis iniuria temporū interciderunt. Ex musculis femur mouentibus, ut in libris de Administrandis sectionibus commemorantur, parum uerarum descriptionum catalogum neutiquam augere attentabo, quod in illis finem nullum reperire possem. Adde quod nonnulla illic haud satis assequar, exemplariaq; egregie mendosa putem: secus quam in musculorum tibiam mouentium sermone, quem ideo etiā tam in libris de Vsu partium, quam in libris de Administrandis sectionibus, ita capite quinquagesimo tertio secundi de Humani corporis fabrica libri, expendi, ut illud legenti, dictus nuper catalogus, tum in omisissis & præteritis musculis, tum in cognitorum ortu & insertione, tum alijs quibusdam inconcinnè descriptis cumulatim augebitur, uti & ex mea de pedem & eius digitos mouentium

Q musculo

musculorum historia. Adeò ut non immeritò ridiculus, laboris' que nimium studiosus tibi uideri queam, si omnium quæ in meis libris huius argumenti occurrunt, apud te enumerationem faciendam ducerem; potissimum quum ex hæctenus commemoratis nemini sanæ mentis non debeat constare, à Galeno in musculorum historia aliquid perperam esse traditum: uti contrà à Syluio nihil in uniuersum ab ipso non optimè dictum, obijciatur. Sed age ex-

*Aliquot falsæ  
descriptions  
ex uenarū ar-  
teriarumq; hi-  
storia colle-  
ctæ.*

periamur, num & in reliquis organis nihil falsi, parum' que rectè à Galeno expressum sit, à uenis initium sermoni statuentes. Venæ itaque cauæ principiū in iecoris gibbi medio nequaquā ea forma cōstituitur, ut portæ uenæ initium, quod etiam magis posteriora iecoris, quàm anteriora, & dextra potius quàm sinistra spectat, confurgere nouimus. Vnus enim caudex in iecoris cauo nobis apparet, quem portæ initium appellamus, quod ex multis innumeris' que propaginibus conflatur, per iecoris sedem distributis: aut uerius caudex ipse, eam propaginum seriem in iecur uariè diffundit. Ac in brutis quidem primū omnium in tot ramos discinditur, quot iecoris sese offerūt fibræ, siue quinæ, siue senæ inueniant: ex æquo enim omnib. ramus unus immittitur. Homini uerò, cuius iecur cōtinuo et simplici efformatur corpore, caudex portæ primū ferè in duos dirimitur ramos, & hi mox in alias propagines diffunduntur, illæq; in innumeros furculos & soboles ita spargunt, ut humiliorē iecoris sedem undecunq; perreptent. Cæterum cauæ caudex non simili ramorū concursu exurgit: uerū ipse in posteriori iecoris sede locatus, sinū quendā iecori inibi impressit, in quo anteriori regione et laterib. iecori innatus, posteriori sede à iecoris substātia immunis, aut iecoris carne non circūdatus, uisitur. Adeò ut uel in hac sede repositus cauæ caudex, facillè ostendat, q̄ Galeni in situ descri-

ptioni con-

ptioni conueniat. Verùm ramorum serie magis quàm situ uariat. ab anteriori enim caudicis fede, ubi in iecore consistit, duo non procul ab inuicem ex tranſuerſo diſſiti educuntur rami, qui in plures dein propagines diſſecti, & illis propaginibus inſuper in innumerã ſurculorum ſeriem diſtributis, per ſuperiorem iecoris ſedem excurrūt, portæ uenæ ramis exporrecti & incumbentes. Præter duos ramos ab anteriori ſede caudicis uenæ cauæ pronatos, in ipſius adhuc ſecundùm iecoris poſteriora deſcenſu duo aut tres ſurculi iecori quoq; offeruntur, uel decuplo magnis illis ramis oriſicio minores, & exiguo quoq; & breui ingreſſu per iecoris ſubſtantiam digeſti. Vtcunq; uerò ſit, ſi omnia ora ramorum & ſurculorum à uenæ cauæ caudice in iecur diſtributorum in unum colligas, non media tibi proſectò conſtabit caudicis illius amplitudo: tantum abeſt, ut ex illis ramis cauam conſtitui, uerè quis aſſerere poſſit. Atque hæc fanè in diſſectionibus intuentem, non mediocriter turbare debent, quum corporis fabricam à Galeni hiſtoria quaſi ex diametro proſus differre animaduertit, qua ſi uenæ cauæ ex iecore ortum oſtendit: adeò ut nullus unquam hæc ſepoſito affectu examinare queat, quin Galenum admiraturus ſit, quòd ſuæ tantum fidens imaginationi, Ariſtoteſi & alijs grauib; autoribus contradicere hac in parte fuerit auſus, proſuſq; alia quàm in corporibus obſeruamus poſteros docuerit. Cæterum ut ortus uenæ cauæ deſcriptio, ab his quæ inter diſſecandum obſertiamus, plurimum diſcrepat: ita quoq; falſiſſimum & anatomico indignum eſt, quòd uenæ cauæ (ut Galenus ſcripſit) exortus caudicem unum, perinde ac magna arteria ex cordis baſi pronata eſſormet, qui dein arteriæ magnæ modo in duos truncos dirimitur, uno ſuperiora, altero inferiora petente: quum interim cauæ caudex hac in parte nihil cum magna arte-

Q 2      ria com-

ria commune sibi uendicet. Rectà enim secundum iecoris posteriora procedit, perinde ac si à corde sub iecore ductus, corporis inferiora adiret: et iecori ab anteriori sua sede (uti dictum est) ramos elargiretur. Arteria autem magna uno caudice sursum ducto aliquandiu ab ortu procedit, qui dein in impares truncos discinditur, quorum grandior deorsum reflexus, ijs que cordi subsunt distribuitur, minor autem corporis superiora petit. Ego neutiquam mihi proposuissem Galenum in distributionis uenae cauae cum arteria imagine (sed in ipso tantum, ut sic dicam, usu) similitudinem indicare, nisi Aristoteli nimium iniurius, ex distributionis effigie (etiam contra Hippocratis orationem, qua is uenam rectam ferri docuit) argumentum duxisset, quo uenam cauam à corde non pronasci conficeret, quod quam efficax sit, fortassis infra aliculi indicabitur. Hic autem sufficit descripsisse, erroneam prorsus esse Galeni sententiam, descriptionemque, qua unum cauae uenae caudicem ex iecoris gibbi medio pronatum statuit, qui dein arteriae magnae modo in duos truncos diuidetur, quorum alter sub iecore repens, illi subditis partibus offerretur: alter uero, septum transuersum permeans, elatioribus illo organis nutrimentum porrigeret. Atque ut falsam cauae partitionem nos docuit, ita quoque haud mirum est, illum cauae portionem sub iecore in lumbis conspicuam, illa multo ampliorem tradidisse, cui septum transuersum iter prebet: ratione à partibus, quas quaeque enutrirer, desumpta. quum Galenus affirmet, truncum humiliora petentem ideo ampliorem esse, quod pluribus partibus illi alimentum sit tribuendum, eo, qui sursum ducitur. Ac ut huiusmodi occasio non parum in explicanda distributionis ratione efficax est, ita quoque sedulo debuisset Galenus expendere, num cauae pars iecori inferior, pluribus maioribusque partibus nutrimentum suppeditaret, ea que

elatus con-

elatius consistit, ut deinde suo syllogismo rectam conclusionem subduxisset. Ex Galeni enim ratione à nutritione mutuata, partem cauae septum permeantem, ampliore esse inferiore, debet colligi. Bilis uesicula enim, uentriculus, omentum, lien, intestina omnia cum mesenterio, à caua uena iecori subdita alimentum, neque ramorum seriem assumunt, sed soli renes, genitalia, altera uesica, inferior abdominis pars, lumbi & crura. A caue uero portione septum transeunte, ipsum septum & totus thorax ad primas usque lumborum uertebrae nutritur, cum superiori abdominis regione: uti ex uenae pari carentis serie, ac dein ex illis cognoscimus, quae sub pectoris osse repentes ad umbilicum ferè usque descendunt. His adduntur brachia, & collum, & caput, ubi sanè cerebri moles est expendenda, & uasorum copia cerebrum petens. Nunc pulmo se etiam offert, membrum totius corporis maximum, & si quod aliud modo, sanguine indigens, quamuis pulmonis tantum nomine, in cor sanguis non feratur, uerum ut omnes arteriae tandem ab illo impleantur, adeò, ut maxima proportionis ratio ex sanguine sumenda sit, qui arterijs continetur: ita ut in promptu sit, caue portionem inter cor & iecur conspicuam, illa grandiore esse oportere, quam in lumborum uertebrae Galenus consistere nouit. Et huic rationi etiam sectio subscribit, si quis modo haec examinans, uenam secundum longitudinem dissectam aperiat, aut saltem non plus sanguinis ex iecoris, aut cordis, aut potius ipsius etiam septi inter dissecandum motu, in cauae partem lumbis exporrectam cogat, quam in illam quae in septo consistit. Quando caua septum transit, in ductu qui inter hoc & cor spectatur, nullas propagines interdiuidentibus, thoracem membranis, et si aliter Galenus docuerit, offert, quum illa eas membranas haud contingat: & ridiculum fuisset, tam exiguos furculos, quales illae requirebant, nulla

Q 3 membrana

membrana suffultas duci. Vnde etiam Natura membranis potissimum prouidit, propaginibus ab illis uenis initium sumentibus, quæ pectoris ossi subtenduntur, & deinde in hominibus priuatim, illis uenis quæ secundum septi transversi neruos à iugulo ad septum usque excurrunt. Adhæc, quibus modis Galeni descriptionem corpori accommodabimus, qua caue ad cordi distributionem docet, nunc ueluti propaginem ab illa in cor deducens, nunc nescio quomodo illam explicans, quum tamen orificium quod caua cordi committitur, duplo amplius sit ipsius cauæ caudicis amplitudine: non aliter profectò, quàm si ex ambitu caue, uti sub corde consistit, & deinde ex illius ambitu, quem inibi metireris, ubi dextram cordis aurem transcendit, unum ita fingeres ambitum, ut duorum ambituum circulorum uel capacitatem, uno circulo complectimur, atque ita cauæ amplitudines supra infraque cordis aurem occurrentes, duo essent circuli, qui unum constituerent circumferentiæ orificij correspondentem, quo caua ad cor pertinet. Quando Galenus in libro de Venarum sectione, uidetur uenam arterialem tanquam à cauaeductam narrare, non arbitror ipsum existimasse, illam uenæ cauæ esse propaginem: quum illum aliàs non latèret, uenæ arterialis substantiam, cauæ non respondere, hancque simplici constitutam tunica, illam uero duplici: quarum interior arterijs omnibus propria, etià quintuplo cauæ tunicæ crassitiem uinceret, exteriori interim cauæ tunicæ crassitiei respondente. Deinde arterialis uena, proprium & peculiare sibi uendicat orificium, illi quo magna donatur arteria simile. præterquàm quod cordis substantia inter uenæ cauæ orificium, & arterialis uenæ exortum, amplo satis interuallo occurrit: facile cõmonstrans, arterialem uenam ex caua haud pronasci. Etsi Galenus duas coronales uenas semper reperiri alibi affirmet, nobis tamen unica ferè occur-

re occurrit, eaq; insignis: non autem, ut alicubi etiam Galenus docet, exilis. Præterea, etiam si Galenus in septimo de Administrandis sectionibus, coronalem ex dextro cordis sinu enasci tradiderit, nō arbitror illum tam perfunctorie rerū Opificis in illius uenę serie industriam expendisse, ut senserit illā à caua, priusquā è dextro sinu esset egressa, aut priusquam ipsum ingrederetur, pronasci, eiusq; ortum sub basi trium membranarum conspici, quæ cauæ uenæ orificio præficiuntur.

Quia Syluius ægrè, quòd Galenū homines non secuisse scripsissem, ferens, priuatim subiecerat, quòd Galenum brachij uenas exteriores tantum spectasse, relictis interioribus, & in corporis alto reconditis, affirmassem: nonnulla de uenarum in iugulo et brachijs serie illic scripsi, ubi aliquot ex multis rationes adducebam, quibus Galenum in hominum sectionibus non exercitatum esse, mihi est persuasissimum: quæ interim huic loco, ubi non uerarum descriptionum specimen aliquot propono, fuissent accommodata: humerariae dico exortum, et dignioris maioris que axilliaris uenæ trunci seriem, in quibus proculdubio Galeni diligentiam quis merito requirat, non minus quam in quibusdam crurum uenis, & potissimum in cerebri uasis: ubi ex senis caluariam in altero latere subeuntibus uenis, uix duarum meminit. Quemadmodum & ex tribus caluariam ingredientibus arterijs, unius tantum seriem explicuit, qua suū reticularem plexum efformari putabat: adeò ut in sinibus duræ membranæ describendis, haud mirum uideri debeat, si illorum præcipuos uenarum duntaxat munere fungi arbitratus fuerit, quum arterias in illos sinus exhaustas, aut in ipsos deductas præterierit, illos que & uenarum & arteriarum substantiam simul continere non animaduernerit. Adeò, ut ex decimiquarti capitis libri tertij de Humani corporis fabrica uasorū cerebri descriptione,

*Non admodum uerae descriptiones ex neruorum historia acceptae.*

descriptione, si quando cum Galeni historia in nono de Administrandis sectionibus ea conferatur, pleraque sese offerant, in quibus Galenum à uera uenarum arteriarumque distributione declinasse, obseruatu sit facillimum futurum: quæ si omnia persequerer, parum uerarum Galeni descriptionum aceruus nimium excreceret, quum aliquas in uasorum serie exempli loco adduxisse sufficiat. Licet uaria de olfactus organo (ut & de neruis aliquid inferam) apud Galenum sit sententia, illa tamen ipsius sanior est opinio, qua processus neruorum modo in anteriori cerebri parte ductos, olfactus organorum nomine habet. Quod autem ab anterioribus cerebri uentriculorum sedibus, quæ in aciem & coarctationem finiunt, olfactus organa educantur, à ueritate est prorsus alienum. Primum enim dexter & sinister uentriculus cerebri ea sede, qua maximè in anteriori cerebri parte consistunt, antrorsumque spectant, amplii sunt, & lati, neutiquam in angustum coacti. Deinde si quis uentriculorum secundum cerebri longitudinem ductum metietur, ac dein in cerebri basi, ac ueluti longitudinis medio processus hos olfactus organorum nomine habitos, originem ducere animaduertet, unà quoque obseruabit hanc originem non ab anteriori eorum uentriculorum sede pendere, sed è regione medijs ipsorum uentriculorum longitudinis. Atque hinc quoque mox manifestum euadit, quam parum in horum organorum anatome Galenus diligens fuerit, quum illa perforata fingit, & uentriculos cerebri in ipsorum cauitatem finire docet, ut canaliu modo redderentur, quibus cerebri pituita ad eam caluariæ sedem duceretur, ubi hæc organa cessant, duraque cerebri membrana cribri modo peruia cernitur. Sunt enim hæc à Galeno imaginata. nam ut illorum organorum initium parum rectè prodidit, sic quoque illa perforata & caua esse, falso retulit, nihilque minus quam pituitæ canales ductusque censenda



cenfenda ueniunt. Imò fi ueram pituitæ excolationem, quum homo hac in parte fanus eft, neq; de ullo in excretionẽ aut retentione fymptomate cõqueritur, fedulo (uti à me defcribitur) expenderimus, liquido conftabit, nunquam fecundum hæc organa pituitam non minus abfcq; fymptomate ex proprio ductu in anteriora ferri, quàm quum retrorfum fecundum dorfalem medullam, & inde fecundum neruos, in uarios artus defluit. Meæ negligentia cogor afcribere, neruorum uiforiorum foramen me latere, fi modo illi extra aliorum neruorum fabricam foramen, quod diffectione cõprehendi potefit, fibi uendicent. Vtcunq; enim uiuorum animalium fectionem aggredior, aut humani capitis à fumpto fupplicio adhuc calidiffimi neruos intueor, aut aliquandiu mortuorum calente aqua foueo, illorum foraminum effigies mihi nunquam occurrit. In porcis tamen, differentiam inuenio, quòd his fcilicet uiforius neruus per transfuerfum diuifus, & elixus, quafi multis funiculis conftituitur, neruorũ qui in brachijs & cruribus occurrunt modo: quum interim uiforius hominis neruus continua cõftet fubftantia, undique æquẽ denfa: & mea quidem fententia, foramine manifefito non peruia. Puto exemplaris uicio factum, quòd in libro de Neruorum diffectione, fecundum neruorum par, durius tertio efle fcribatur: adeò ut nolim hac in parte Galenum incufare, uti & nunquã aliàs, ubi exemplariũ deprauatione quicquã commiffum efle, augurari poffum. Ex duarum propaginum à quinto neruorũ pari, quum id adhuc in organi auditus cauitate cõfiftit, uerfus temporalem mufculũ tertijq; paris ramos eductarum, alterius tantum apud Galenum occurrit mentio. Quemadmodum ipfum quoq; latuit radix nerui uerfus interiora, & non adeò ex latere apud quintum par eum in modum enata: ut minor tertij paris uocata nobis radix, iuxta præcipuũ

R tertij pa-

tertij paris neruum (exterius tamen) producitur, ad eò  
 ut sumpta inde occasione, inuentã à me radicem quin-  
 to pari annumerauerim, ne aliorum anatomicorũ nu-  
 merum eius gratia inturbarem. Repit autem radix  
 hæc antrorsum sub cerebri base, duram cerebri mem-  
 branam perforans, ac peculiare sibi foramen in calua-  
 ria uendicans, musculoq; dein temporali & in ore deli-  
 tescenti præcipue oblata. Si dorsalis medullæ initiũ  
 à cerebro pendere, & cerebellum illi tantum uno ne-  
 xu ad utrunque uentriculi cerebello & dorsali medul-  
 læ communis latus, conspicuo coalescere sentimus, to-  
 tam cerebelli cõstructionem sedulo examinantes, Ga-  
 leno neutiquam accedemus, qui tot neruorum exor-  
 tus cerebello præbet, illi interuallo dorsalis medullæ  
 ascribendos, quod à cerebri base ad eam usque sedem  
 pertinet, qua occipitis os primæ articulatur uertebrae.

*Descriptio-  
 nes earum par-  
 tium quæ pe-  
 ritonæo conti-  
 nentur, aliqua,  
 non omni ex  
 parte uera.*

Superius (ut de his quæ peritonæo continentur,  
 aliquid scribam) quando in musculis non uerarum de-  
 scriptionũ exempla proponerem, atque de septi trans-  
 uersi foraminibus mentio incidisset, ex uera situs uen-  
 triculi, ipsiusq; orificij elatioris cum stomacho coali-  
 tus sedis descriptione, colligebam, stomachũ cum ma-  
 gna arteria lumborũ uertebri exporrigenda, eodem  
 haud uti foramine: in præsentia uerò minime subicen-  
 dum est, quòd Galenus stomachum non tantum usq;  
 ad eam sedem arteriæ magnæ descendenti cõiunctum  
 scribit, ubi etiam Galeni suffragio id septi foramẽ con-  
 sisteret, supra undecimam nimirũ thoracis uertebra:  
 uerũ ad duodecimam usq; uertebam stomachum  
 arteriæ nexum, nõ secus quàm si sub septum primũ  
 stomachus ab arteria dorsiq; uertebri eleuatus, ac ex  
 dextris ad sinistra ductus, uentriculũ peteret. Quia  
 uerò uniuersus uentriculus propemodum elatius hæc  
 sede reponitur, quàm absõnũ quis ducet, stomachum  
 denuo sursum reuolui, ut elatiori uentriculi orificio  
 continua-

continuaretur? Adeò sanè, ut nō minus ratio Galenū hic uehementer arguat, quàm dissectio, illum neq; stomachi ductum, neq; situm uerè descripsisse commonstret. Quòd autem ad totius uentriculi situs historiam attinet, Galenus hūc in corporis medio ita statuit, ut id secundum omnes dimensiones anatomicorū uulgus in hominis proportionē nimium obiter uersatum referat. Quanquam neque Galenus id ita leuiter ab ipso dictum uoluit, quin maiorem uentriculi molem in dextra corporis sede, cum omnibus illum secutis anatomes exscriptoribus reponi innuerit: addentib. id merito fieri, ut iecori commodè subiectus, ab illo foueretur, promptioremq; concoquendi uim ab ipso ascisceret. Profectò, si non imaginationib. & nostris somnijs, sed sedula refectione inspectioneq; hominis corpus examinauerimus, maiorē multò uentriculi partem in sinistra corporis sede, quàm in dextra, reperiemus. Si enim uentriculi metiemur ex dextris ad sinistra latitudinem, uel duas illius partes sinistrum latus occupare, id'que loci occasione admodum opportunè animaduertemus. Lien enim uentriculi posteriori sedi humilius in sinistro latere sublocatus, & suo mucrone non nihil duntaxat antrosum ad læuam uentriculi sedem humilius nutans, parum sinistram corporis sedem occupat, & facile admittit, ut sinistra uentriculi sedes magna amplitudine septo transuerso contermina sit: quū interim iecoris crassities admodum sanè insignis dexteram uentriculi sedem, neq; suo latere, neque etiam posteriori sede, & magna quoq; ex parte anteriori septum contingere uetet: facileq; caueat, ne dextra corporis sedes uentriculo perinde atq; sinistra, locum porrigat. Rursus, si ueram uentriculi formam expendimus, neque tota ipsius latitudine, quam ex dextro latere in sinistrum paulo antè metiebar, æquè amplum cōtra aliorum descriptiones esse obseruauerimus, uel

R 2 formæ gra-

formæ gratia, uentriculum sinistram corporis sedem magis opplere uidebimus. Est enim uentriculus in sinistro latere secundum omnes positionū differentias insigniter amplus, ac turgidus, & quo magis dextrorsum fertur, eo magis in angustum cogitur, multoq̄ inibi strictior & angustior spectatur: adeò, ut si quis latera circulo obduceret, eum qui dextro lateri circumduceretur, illo qui ambitum sinistri lateris constitueret, uel duplo contractiorem spectaret. Cæterum nescio, num Galenum in uentriculi forma & situ describendis non undequaque absolutum in eorum numero habere debeam, qui inferius uentriculi orificium in humiliori ipsius sede statuunt: cui sententiæ repugnare hæctenus inueni neminem. Neq̄ quicquã in uentriculi orificiorū situ aliud obseruatum lego, q̄ illa mutuò non opponi, aut simul ambo in sinistri uentriculi latere haud fabricata: quum tamen orificium nobis inferius appellatum, & intestinorum principiū, nō in humiliori sede dextri lateris, uerum in elatissima consistat: et quum intestini modo à uentriculo eductū est, non nihil ascendat, priusquam secundum uentriculi posteriora reflectatur. Quod sanè nobis non obiter in plurimis paradoxis est examinandum circa uentriculi concoctionem, ciborum ordinem, uomitumq̄, nunc in disputationem proponi cœptis. Huic loco sententia respondet, qua uentriculi fundum perinde carneum censetur, ac si humilior ipsius pars secundum corporis latitudinem impense carnea & crassa esset, atque à superiori sede non mediocriter discrepans, quū interim ego nullum discrimen confingere queam, nisi sedem superiori orificio proximam, tum propter neruorum multitudinem, tum propter uenarum articularumq̄ in illa occurrentem copiam, crassiorem, & quia stomacho alioquin uentriculo toto carnosiori termina sit, impensius carneum statuerem: quum interim

neq̄ co

neq; color, neq; substantia, fundo carneum quid magis tribui præcipiat. Miror non mediocriter, Galenum, quando glandulosum corpus duodeno intestino attentum examinaret, illud que falso inferiori orificio uentriculi claudendo præfectum scriberet, non expendisse uentriculi in ipsius orificijs substantiam, ubi illa multo crassior, quam reliqua amplitudine euasit, ueluti unum circulum in singulis orificijs intrò protuberantem ostendens, qui uentriculum à stomacho & intestinis terminare uidetur, non mediocre robur uentriculo adferens, & ab iniurijs immunem reddens, si asperum aliquod & grandius corpus orificijs aliquando ducatur. Si quæ uenarû soboles à caua uena uentriculo offerantur, quemadmodum Galenus in libris de Administrandis sectionibus quasdam inde duci asserit, ubi illa uentriculo substernitur, lubens inscitiam meam prodo, quum hætenus nullam inuenerim: et ratione quoque mihi persuadeam, præter portæ uenæ propagines, nullam uentriculo intertexi. Præterea sic sum cogitando rudis, ut nunquam hætenus aliud quam meram fabulã esse putauerim, uulgare medicorum placitum, undecunq; etiam sumpserit originem, quo stomachum in cõnexu ad uentriculum angustiorum esse contendunt, quam in reliquo ipsius per ceruicem aut thoracem ductu, propter atrum & melancholicum sanguinem seu succum, quia liene huc eructatur, uentriculi que superius os colligit & astringit.

Verum istud magis ad partium usum, quam conformationis rationem pertinet. Vti sanè omenti situs, quem ita tradi ab omnibus inuenio, ut anteriorem uentriculi sedem hoc integri scribant, adeò ut id resectum uentriculo, quemadmodum & intestinis, imbecillitatem parare censuerint. Quamuis interim, si dissectioni fides habenda sit, futuræ modo omenti superior membrana humillimæ uentriculi sedi, & fundo connata

R 3 scatur, aut

scatur, aut ab ipso potius initium ducat, nulla ex parte uentriculi anteriori sedi incumbens. Atque huic respōdet illorum hominum coli intestini historia, quod anteriori etiam uētriculi sedi obductum aiunt, colum uentriculo superequitare scribētes: quum interim humiliori tantum uentriculi regioni colum attendatur, nullibi altius quàm uentriculus, in anteriora conscendens. Quemadmodum Galenus uentriculo propages quasdam à caua offerri scripsit, ita quoq; in omentum, præter ramos qui à portæ uena multifariã ipsum implicant, propages quasdam à caua diffundi testatur: perinde sanè, atq; mesenterio pariter, & intestinis, alias uenas à caua elargiri prodidit. Hęc sententia in sexto de Administrandis sectionibus occurrit, ubi etiam legitur, in mesenteriu uenas pertinere, ad iecur nō terminatas: quum interim nullam uenam iecori non commissam, contra Aristotelem de Venarum ortu disceptans, in corpore reperiri (ut cūq; id uerum sit) contendat. Porro, arbitror illum eo termino distinxisse propages à caua eductas, ab illis quæ à portæ uena intestinis implātantur, succumq; sanguinis materiam iecori præferunt. Quamuis interim mihi nullus furculus à caua in omentum, aut mesenterium, aut intestina digeri conspiciatur, cuius studiosos in scholis tum monere consueui, quum uentriculo, omento, mesenterio, cum intestinis è corpore resectis, caudex cauæ deorsum ductus, in conspicuo, & membranis liber, sanguineq; turgidus iaceret, & nullam propaginem à se dissectam ostenderet, quæ dictis nuper organis offerri potuisset. Quod ut melius constaret, ramulū aliquem ad renum membranas deductum, aut feminalem uenam, in ortu diuidebam, quò mox effluens sanguis, argumento esset, nullam propaginem à me oscitanter resectam. Neq; hic mihi tantum tribuebam, quin astantes obnixè orarem, ut si quando in eiusmodi uenas inciderent,

ciderent, me quoque illas non celarent: ut aliquando mihi uices ab illis reponerentur, qui tam uaria, à nemine interim doctus, ipsis citra inuidiam communicarem. Galenum quidem, quòd iecur in fibras diuisum esset, arbitratum non dubito: quòd uerò ipse auctor fuerit sectionis in quinque fibras, quas nonnulli illum secuti, proprijs nominibus nuncuparunt, non perinde mihi ex suis, qui adhuc supersunt libris, constat. Vt cunque sit, Galeni iecoris historia in homine, parua non caret (uel diuisionis eius occasione) merenda. In iecoris cauo, præter neruulum ab illis qui uentriculi superius os implicat eductum, alium à Galeno neglectum obseruo, qui cum arteria iecori oblata ductus, à neruo pronascitur, dexteris costarum radicibus à sexto pari neruorum cerebri exporrecto.

Verùm si exiguarum neruorum, uenarum & arteriarum propaginum mihi ratio habenda foret, nimis sanè in obseruationum enumeratione redderem: mihi hæc hoc scriptum, quod in magnis occupationibus iam tædio esse cœpit, præter sententiam, uti iam accidit, produceretur. Quamuis interim uenam prætereire non possim, quam meatus cuiusdam modo à liene in superius uentriculi orificium porrigi, anatomicorum cohors ex Galeno, nescio tamen quo nam pacto, contendunt, qua melancholicus succus lieni ex nutrimento ipsius excrementicius in uentriculi os perferatur, magni, ut illi censent, usus gratia, ad augendam uidelicet appetitricem uentriculi uim, & illius in constringendo robur: & alia quædã ex Galeni potissimum sermone collecta, quo Naturæ commendat industriam, bilis uesiculam non in uentriculum, sed in duodenum intestinum exonerantis. Cuperem his, qui me hanc uenam latere sibi persuasum habent, meam in illa examinanda constare diligentiam, ut enim tum in brutis, tum in homine non minus priuatis quàm publicis sectio.

blicis sectionibus hanc uenam perquisiui, priusquam meos de Humani corporis fabrica libros emitterem, ita quoque post illorum editionem Patauij, Bononig, & Pisis, denuò non minorem curam, in illa cognoscenda adhibui, uel cuiusdam scioli gratia, qui quum usu (ut literarum rudis est) aliquid in anatome mea opera didicisset, atq; me eiusmodi meatum, aut uenam quam uulgus anatomicorum fingeret, non posse reperire, in scholis non semel audiuiisset, utcunque interim lienem & uentriculum, ipsius aliorumq; oculis liquidò proposuissem, me Patauio absente corpus aliquod discindens, se incognitam mihi uenam reperisse iactitauit: arbitratu me post meorum librorum editionem, neque reuersurum in Italiam, neque Patauij et Pisis (ut nosti) mea scripta cum corporibus, in publicis sectionibus collaturum. Quare quum tunc ad lienem sectionis serie esset deuentum, & Patauij mulieris & uiri corpus nobis ad manum esset, pridie quàm uentriculum mouere statuissem, obnixè omnes rogatus sum, ut ipsorum oculos quoq; sedulò inspectioni adhiberēt, illosque qui eam uenam aut meatum, ut uocant, à me incognitum risissent, adducerent, & ego quoque ab illis aliquid discerem. Verùm ut sciolus ille, aliàs non indiligens spectator, nunquam deesse solebat: ita bene cauit, ne sectioni interea dum hæc, aut oculorum musculi tractarentur, adesset. adeò, ut tunc quoque eadem quæ antea, sentire cogerer, quum omnino eadem nobis, quæ prius, obuersarentur. Lien nimirum omenti beneficio uentriculo nexus, quod inferiori membrana lieni cum uasis innascitur, ipsi que in uolucrum constituit: dein superior membrana lieni & uentriculo communis est, uenas arteriasque deducens, quæ à uasis lienem petentibus, & iam proxime lieni inferendis, initium ducunt, quæ in hominibus insigni sunt numero. quorum nullum à lienis procedit corpore, uerùm ut iam dixi,



iam dixi, ab illis uasis pronascunt, quæ iam lieni sunt inferenda. Quemadmodum uero connexus lienis ad posteriorem inferioremque sinistrae uentriculi sedis regionem perficitur, ita quoque uasorum copia inibi, & magis est conspicua, & insignior uena eademum occurrit, quæ in hominibus sinistram fundi uentriculi sedem ambit, superiori omenti membrana suffulta. alia enim uenæ sunt multò graciliores, & non longè in uentriculū excurrentes. Omnibus elatior nunquam mihi uisa est ita porrigi, ut superius uentriculi orificium illa intertexi potuissem afferere: uti sanè illud uenas assumere nouimus, ab illa propagine, quæ ex medio ductu trunci portæ ad lienem tendentis secundum uentriculi posteriora conscendit, & uentriculi superius os multis furculis donat, ac in canibus præcipuè coronæ instar illud elegantissimè ambit. Rursus elatissima uenarum ab his quæ lieni proximæ sunt uentriculum petentium, nulla ex parte amplitudini, longitudini uel respondent eius, quam fundo exporrigi dicebam. Dein illa toto progressu sociam sibi habet arteriam, neque alia serie, aut distributionis modo sese offert, quàm cæteræ uentriculum implicantes uenæ: necque etiã peculiari sanguine turget, quem aut crassiorem aut atriorem dicere possemus. Osculis quoque suis, meatus uesiculæ bilis intestino duodeno oblato ritu, in uentriculi cavitatem neutiquam pertingit. Verum, ut semel dicam, ab omnibus cæteris uenis nihil differt, nisi quòd à multis uenis gracilitate & breui incessu uincatur, adeò ut mihi adhuc eadem, quæ prius, constet sententia: uti quoque ijs eadem seruari debuit, qui post librorum meorum editionem mihi secanti adfuere. Hinc igitur, aliasque ob causas, animo concipere nequeo, elatissimam earum

S

mam earum

mam earum, quæ sinistro uentriculi lateri inferuntur, uenam (ut comitem illi præteream arteriam) priuatim huiusmodi foeculentum sanguinem & melancholicum succum, tam insignium usuum gratia, in uentriculi os euomere, quamuis interim de partium usu in præsentia non sit agendum. In renum fabrica, Galeni perfectam desidero historiam: de qua uix aliud habemus, quam uenas et arterias per renis corpus dirigi, & per densam duramque renum substantiam retento sanguine, urinam cum bilis, quæ sanguini adest, portione transmitti, ac in urinarium meatum defluere. Si enim ea quis expenderit, quæ de renum constructione proposui, non sanè renis carnem instar coli habebit, uti Galenus illam recensere uidetur: aut ut uulgus membranam in renibus fingit, tam leuiter pertusam, ut urinam & bilem transmittens, sanguinem, utpote crassiolem, retineat. Verùm non est quod renum à me repertam constructionem hucreferam, quum ex decimo capite libri quinti meorum de Humani corporis fabrica librorum, eam constet esse eiusmodi, quæ breui oratione (qua mihi hic dūtaxat opus est) comprehendi nequeat. Galenus seminalibus arterijs parem cum uenis originem statuit, quum interim utramque arteriam ab arteriæ magnæ caudicis anteriori sede humilius educi plerunque obseruemus, quàm dextræ uenæ à caua occurrit initium: sinistra interim uena ab illa principium obtinente, quæ sinistro offertur reni. Quanquam Naturæ industria in dextræ arteriæ ductu apparens, non erat subitenda. arteriam enim seminalem cauæ uenæ perinde non subiecit, atque magnæ arteriæ caudicem illius sinistro lateri inibi substratam nouimus: sed eleganter seminalem arteriam transuersim cauam transcendere uo-

dere uo-

dere uoluit. In testium fabrica, cupiuissem Galenum nobis explicasse, qualis uenæ & arteriæ seminalium in testis corpus sit series: ut didicissemus, peculiaris testium substantiæ beneficio, ex adducta illi materia non secus semen parari, quàm iecoris substantiam sanguinem conficere constat. & pariter nos non latuisset, quî dein à semen deferente meatu id à testis corpore, uasisq; assumeretur. De utero nihil dicam, quòd prolixior tunc fuerim, quando Galenum uaccinum uterum, non uero humanum, præcipuè descripsisse, colligerem. Scripserunt tamen ad me nonnulli, in uteri historia, ac potissimum in illa de mensuris purgationibus disceptatione, ubi tuarum literarum incidit mi Ioachime mentio, de hymenæo nihil traditum, quòd sanè ex industria feci, quum nihil certi de illo mihi constaret, nunquam enim uirginem sectioni adhibueram, præter puellam unam sex fortassis annos natam, quã tabe consumptam, ad sceleti præparationem Patauî studiosi cuiusdam opera, qui illam è monumento subduxerat, nactus fui. Atque quum in hac obiter, ut fit, omnia ab ossibus discinderem, neq; cuiusquam partis inspectionem morarer, uterum tamen propter hymenæum dissecui: quem etsi talem reperissem, qualem nunc post meorum librorum editionem illud spectauî, nihil de ipso affirmare ausus eram, quum bruta illo destitui cernerem: ut qui neque aliàs ex una aut altera sectione, quicquam affirmare soleam: & quicquid in prima coitione Terentius acerbi poneret, id in tali ferè reposueram connexu, quo inuicem incumbentes musculos committi scimus. Ut illum præteream uenarum, quem Arabes enumerant, concursum, ab illorum interpretibus centorem nuncupatum. Quamuis interim opinionem

S 2 mihi au-

mihî augere debuisset, hymenæus in paruis puellis, quoties mingentes crura diducunt, non admodum latens: si modo cōstitisset, membranam illam aut carneum illud septum hymenæum fuisse appellatū, cui nunc non ambigo à nominis illius institutore, id accommodatū fuisse. Quum enim Pisis mihî anatomicum aggressuro, ossa deessent, atq; anatomicum prorsus eadem serie, qua meos de Humani corporis fabrica libros descripsissem, in noua illa tanti gymnasiij restitutione faciendam, ac cum meis scriptis à studiosis conferendam putarem, illustrissimi Tuscorū Ducis COSMI iussu (ut est iuuandis præcipue studijs à Superis datus, neq; quicquā quo suæ Academiae studiosis cōmodare possit, reliqui facit) Florentia celeri scapha monialis nescio cuius xenodochij cadauer missum fuit, ad sceleti apparatus, ac dein studiosis quibusdam copia clauium rari & elegantissimi cœmeterij Sancti Pisani fiebat, ut in monumentis penus instar extructis, si quid ex usu illis ad ossium inspectionem esset, inquirerent, uti sanè ea sunt aptissima, quæ in monumentis transuersim in eo cœmeterio positæ, atq; idcirco pluuiam aëremque admittentibus, occurrunt: quum in alijs qui in ambitu tecto subsunt monumentis, ossa propter cariem ac ligamentorum adhærentiam, sint ad disciplinam inutiliora. In horum uno, cuius epitaphium recens motum uidebatur, puella sese obtulit gibbosa, annum decimum septimum prætergressa, & ex impedita inspiratione ob malam ossiū compositionem, quantum coniectura assecutus sum, mortua: uti facile constitit, monialem ex laterali dolore extinctam fuisse, inflammatione totam ferè sinistram sedem membranæ costas succingentis, præcipue tamen ad costarū radices occupante. Quem admodum

admodum et eo anno elegās meretricula à studiosis  
 è monumento ex diui Anthonij adiectitio templo  
 oblata, & ad publicam anatomen Patauī adhibita,  
 ex inflammatione tertīa die interiit, quæ secundū  
 uenæ pari carentis ingressum, & ipsius propagines  
 totam posteriorem thoracis sedem occupauerat, &  
 nobis ad morbi lateralis essentiam dignoscendam  
 egregiū specimen præbuerat, reliquo interim cor  
 pore leuiter emaciato, ac proinde ad dissectionem,  
 quæ mihi ultima Patauī fuit, accommodissimo.  
 Quum itaque Pisis monialis illius, & puellæ ossa,  
 sceleto apparando, carnibus liberarentur, puellæ il  
 lius uterum cum paucis qui tum aderant studiosis  
 inspexi, quod uirginem esse, uel ideo potissimum,  
 quod nemo illam rogasset, colligerem. Atque in  
 hac, hymenæus mihi occurrit: quemadmodum in  
 moniali annos fortassis triginta sex nata, nihil mi  
 nus, testibus ipsius neutiquam non exercitatarū par  
 tium modo, tabidis. Præterea quum ex Gallica ex  
 peditione uenisset, à Comitissæ Egmondanæ me  
 dico rogabar, ut nobilis cuiusdam puellæ annos na  
 tæ duodeuiginti, dissectioni adessem, quam palli  
 do colore diu aliās deformem, & spiritum difficul  
 ter ducentem ( etsi alioquin forma perelegantem )  
 patruus ueneno peremptam suspicabatur. Quum  
 huius sectionem tonsor imperitissimus aggredere  
 tur, manus ab opere continere nequīui, qui aliās  
 nunquam secanti, à duabus quas primum Parisijs  
 uidi rudibus, & ante triduum in schola absolutis se  
 ctionibus, astiteram. Ac proinde ex thoracis angu  
 stia, & laminæ, qua puella, ut iunceo & gracili lon  
 go que thorace conspicua foret, uti solebat, in pe  
 ctore compressione, circa hypochondria & pulmo  
 nem, affectum desiderare ratus sum, atque quum pul  
 S 3 monis ui

monis uitium, uiscerumq; mira in hypochondrijs compressio nobis causam morbi aperuisset, neque quicquam unde uteri strangulatum, nisi ex turgidis admodum testibus, dignoscere possem, nobis occurrisset: hymenæi occasione, quum astantes domicellæ suas laminas mox abiecturæ cum aliquot spectatoribus abijissent, cum medico puellæ uterum secui. At non fuit mihi hymeneus integrè conspicuus, quanquam non ita tamen latèret, ut in mulieribus uix sedem, ubi aliàs reponitur, expendere solitus sum; perinde ac si digitis, aut alioquin petulanter, aut ex Rhazes ad uteri strangulatum remedio, citra uiri usum, puella illa hymenæum habuisset effractum.

In uteri igitur ceruice puellis mox post ingressum colli uesicæ in superiorem muliebris sinus partem, septum quoddam occurrit transuersum, carnea cuticulariq; constans substantia, illi prorsus simili, qua nymphæam efformari cernimus. Septum hoc ceruicis uteri lateribus sua crassitudine est adnatum, paulò in connexu, quàm reliqua amplitudine, crassius, quamuis interim membranæ crassitiem nõ multum superet. In medio septi, foramen occurrit longa sectione pudendi modo dissectum, adeò ut menstruas purgationes in uirginibus non retineat, neque opus sit confingere uenas aliquas hoc septo seu hymenæo inferiores, è quibus menstruus sanguis uirginibus promanaret; aut quæ ab illis distingui debeant, quæ mulierum menses alioquin dimittunt, discrimine inter pregnantes & utero non gerentes subaudito. Galenus, quum foetus inuolucra persequeretur, illa canum & porcorum inuolucris respondere docuit; quàm uerò suæ descriptiones interim canibus cõueniant, alibi facile ostendi; & eadem nunc repeterem, si tam in humani foetus, quàm canini inuolucrorum

uolucrorum examine, uersatus essem. A meorū enim librorum editione, humanum foetum adhuc in utero seruatum, resecandi nulla fuit occasio: & quū ante editionem semel atque iterum occurreret, ego cum cæteris astantibus medicis ita harum rerum ignarus fui, negotium que ita præcipitandum fuit, ut discrimina inter canem et mulierem parū adnotare licuerit. Est enim differentia nonnihil in carnea illa substantia, quæ fasciæ in modum in canibus occurrit, & extimi inuolucris loco à me aliquādo ob id recensebatur. in mulieribus namq; quemadmodum modò interdum ad difficulter parturientes uocatus didici, carnea ea moles lieni substantia constitutione que perquam similis, nullibi uniuersum foetum ambit, etsi interim continuum sit perinde atq; in canibus corpus: non autem ut in uaccis, ceruis, alijsq; cornutis animalibus, sparsum. His enim innumera propemodum carnulentæ eius substantiæ frustula occurrunt, per membranam totum foetum circumplectentem in eum modū ferè digestæ, in quem sese offerunt nigriores maculæ, per leopardi dorsum sata. Ut ut sit, Galeni de inuolucris descriptiones à ueritate & perfecta historia plurimū declinare, satis liquet. In cordis inuolucris sermone (ut & de illis quæ in thorace reponuntur, aliquid adiciam) Galenus parū rectè illud à cordis basi pronasci docuit, quum non minus ab hac, quàm à mucrone, & reliqua cordis superficie inuolucrum distet. Et amplum est interuallum inter cordis basim, & cordis inuolucris nexum, quo uasis à basi procedentibus continuatur: ipsaq; uasa in interuallo illo intermedio destituuntur ea tunica, seu inuolucro, quod à conterminis ipsi membranis adipiscuntur, uena quidem alterum inuolucrum, arteria autem

*Minus ueræ  
descriptiones  
aliquot, ex tho-  
race contentis  
partib. decer-  
tæ.*

tertium.

tertium. Sed magis adhuc mirandum uenit, Galenum adeò perfunctoriè cordis constructionem aggressum esse, ut uenalis arteriæ orificium minus orificio magnæ arteriæ scriptum reliquerit, rationes quibus id conficeret in medium quoque adferens, non minus sanè efficaces, quàm sectio ipsa oppositum pulchrè ostendit. Est enim uenalis arteriæ orificium multo amplius, latius' que magnæ arteriæ orificio, non contra rationem & singularem industriam Natura id moliente. Verùm Galenus non solum magnæ arteriæ orificium, uenalis arteriæ orificium amplitudine uincere contendit, sed omnibus in corpore pertinentibus orificijs, id longè amplius esse statuit, ipsum ad uenæ cauæ orificium quoque conferens: quum interim citra omne mendacium cauæ uenæ orificium duplo etiam amplius uisatur, arteriæ magnæ orificio. Neque est quòd quispiam huiusmodi à ueritate prorsus abhorrentes Galeni descriptiones, parui pendat: aut etiam quum ipsius oscitantiam in sectionibus didicerit, exemplaria incuset: quum ex suis falsis horum orificiorum axiomatibus, tam multa argumenta in Aristotelem, interdum & Erasistratum, & rursus ad Naturæ commendationem, colligat, quæ quàm sunt efficacia, illi demum constat, qui cordis fabricam sedulò inspicies, Galeni maiores propositiones admittit: ac dein secus quàm ipse, in minore ex rei ueritate subsumit, ueram postea, & Galeni sententiæ pugnantem conclusionem inducens. Quando igitur huiusmodi mihi in Galeno occurrerunt, quæ Veterum sententijs contrairerent: & quum Aristotelem de communibus studijs multo melius quàm Galenum esse meritum fateri cogerer, etiamsi in Galeni uerba iurasssem, deberet ne alicui mirum uideri, si quid petulantius



lantius in Galenum à me excidisset: Vtcunque interim, ne id fieret, perpetuò caui, & quo ad uiuam, ne quis de me id uerè asserat, studebo. quantumuis etiam ab illis irritabor, qui falsis rationib. Galenum purgare pergent. Nosti enim quàm parum firmo, & Galeno non maximè dedito animo, nugaces illæ obiectiones, calumnijs etiam interdum non uacantes, occasionem præstare possint, ut quis sedulus reddatur in Galeni lapsibus coaceruandis, ac illis in unum uolumen redactis, edendis: quod à me nunquam tentabitur, quum Galenum plus, quàm mortalium quisquam, obseruem. Et si quid ipsum nõ expendisse ostendo, id tantum ideo fit, ne quis, quum ueram anatonem pertracto, ob illius autoritatem, me falsa hominibus proponere existimet. Vti accidit in fibrarum historia, quæ à membranis uenæ cauæ orificio præfectis eduncuntur, atque à me secundum dextri uentriculi latera cordis substantiæ passim ad mucronem illius adnatæ recensentur; quum interim Galenus, ipsas cordis uentriculorum septo tantum committi (etsi falso interim) prodiderit.

Ita quoq; in glandulis faucium, aliquis me tertium genus illarum fingere arbitraretur, si orationi non adijcerem, Galenum glandulas præterijisse, laryngis radici illic accubentes, ubi secunda illius cartilago reliquo arteriæ asperæ caudici committitur, quæq; notatu digna extra omne glandularum genus, sibi non pauca priuatim uendicant. Pariter quum ego duræ membranæ processum inter dextram & sinistram cerebri partes deductum, & illum quoque qui inter cerebrum & cerebellum intercedit, recenseo, ipsos duplicatos esse (quod reuera simplices sint, ac duræ membranæ lateribus substantia respondeant) inficio: ab aliquo fortassis arguerer, quum

*Descriptio  
nes falsæ ex  
ijs quæ calua  
ria ambiuntur  
collectæ.*

T Galenus

Galenus inibi duram membranam fingat duplicatam, à sinibus delusus, qui in illorum processuum sede consistunt, qua caluariæ committuntur. Rursum quando cerebri historiam persequor, atque id continuum esse narro, admonendus mihi fuit lector, ipsum in dextram partem & sinistram non ita diremptum, ut nulla ex parte esset continuum.

Nam Galeni oratio, qua diuisionis cerebri rationem docet, non secus sonat, quàm si cerebrum perinde geminum sit, ac duobus oculis, & duabus auribus nos Natura donari nouimus, quum interim cerebrum in basi sua sit continuum, tum corporis, quod callosum dicimus, interuentu, tum illo quoque, quod testudini camerato ue comparamus, & illo etiam quod natibus & testibus assimilamus, & dein ampla ipsius cerebri portione, qua dorsalis medullæ prodit initium. In cuius etiam ortu describendo, haud potui omittere, Galenum ita id describere, quasi à cerebro non penderet, & illi substantia tota non continuaretur. Quum enim Galenus cerebelli constructionis rationem inquirat, atque illud dorsalis medullæ gratia (quam unicam & non cerebri in superiori ipsius sede modo, geminam esse oportuit) simplex & unicum statuit, nō secus sermonem aggreditur, quàm si cerebellum cerebro non esset continuum, & id dorsalem medullam simplicem quoque educeret, quæ quàm sint à uera corporis nostri fabricæ aliena, in meis scriptis uidere est: quæ ideo quis, ut superius dixi, falsa esse statim colligeret, quod aliter Galenus quàm ego, docuisset, quū interim admonitus (si ueritatis modo sit studiosus) tantisper ab illa sententia temperet, dum dissectione corporisq; intuitu, quæ res se habeat, didicerit. Neque his quoq; est absimile, quum anterior

rem

rem dextri sinistri' que uentriculorum partem obtu-  
 sam, amplam' que esse dico, non autem eos illa sede  
 in arctum cogi, atque in olfactus organa finire, qui  
 canaliū ritu pituitam ad capitis os cribri modo per-  
 uium deducerent: eiusmodi' que non pauca, que Ga-  
 lenus prodidit, à uera cerebri fabrica penitus alie-  
 na. In quorum numero id minime negligendum  
 est, quòd Galenus quum ueteres dissectionis pro-  
 fessores tenuis cerebri membranæ processus descri-  
 bentes, dicere animaduertisset, eius membranæ  
 portiones in tres cerebri uentriculos ferri, statim i-  
 imaginatus sit, eos uentriculos tenui membrana suc-  
 cingi, inuestiri' que, ratione à cerebri mollitie ita de-  
 ducta, ac si uentriculi concidissent, si fortè à membra-  
 na tenui non suffulcirentur. Atque hoc discrimi-  
 ne, Galenus quartum uentriculum (quem in cere-  
 bello reponimus) à tribus prioribus distinxit, quòd  
 scilicet ille durior sit, quàm ut tenui membrana ob-  
 uolui sustineri' que debeat. Quum interim priores  
 uentriculi non minus quàm hic quartus, tenui mem-  
 brana inuestiantur; & quartus uentriculus à priori-  
 bus non ineleganter à Veteribus uariari dictus sit,  
 quòd nullus duræ membranæ processus in illo sese  
 offerret; uti in prioribus uentriculis in conspicuo  
 sunt plexus secundis comparati, & uasa illorum ple-  
 xuum constitutionem subeuntia. Postremò, ne  
 falsis descriptionibus diutius immorer, non potui  
 Galeni lapsus præterire, qui in plexus reticularis de-  
 scriptione plures occurrunt. Est enim ex omnibus  
 corporis partib. nulla æquè medicis & philosophis  
 in ore, atque beatum istud & mirabile rete. In cuius  
 descriptione haud potui admittre, soporalem arte-  
 riam, ubi caluariæ proxima est, integram in caput  
 ferri, quum tam notatu dignam portionem retror-

T 2 sum

sum mittat, quæ in duræ membranæ primùm mihi appellatū sinum exhauritur. Vt nunc taceam, Galenum foramen omnino ignorasse, quo maior arterie soporalis pars, alioquin in caluariæ amplitudinem fertur. Vt cunque igitur illam sua oratione in capitis caluariæ ue amplitudinem Galenus deduxit, totam in plexum quendam absumi attestatur, quem retibus inuicem instratis comparat, non animaduertens in signem propaginem, quæ duræ membranæ lateribus offertur, & notatu dignam portionem, narium cavitati ex porrectam: præter amplā sobolem, quæ cum secundo pari neruorum cerebri oculorum sedem ipsos' que oculos adit. adeò sanè, ut non mirum uideri debeat, si Galeni historiæ passim non acquieuerim, et pleraque in suis libris occurrant, unde non uerarum descriptionum specimina, ex uoto transsumere mihi liceat: ut me falso Syluij crimine purgarem, suis' que discipulis materiam acuendo stylo aptam præberem, modo illi aliàs, quàm in Galeno laudibus efferēdo (quod ad me nihil attinere duco) & non tantum uniuersim citra omnium locorum, quibus à me notatum sentiunt, retractationem obganniendo, & calumnias conuiciaeque effutiendo, occupari uelint: & unà expendere, num quæ proponent, alios docuerint, aut proprijs manibus in publicis scholis in doctissimorum, non autem aliquot adhuc medicinæ rudium, & iam primùm candida-

**L O C A** torum præsentia, aggressi fuerint.  
*nonnulla, quibus Galenū in partium functionibus et u-sibus assignandis, nō esse omnē ex parte in-tegrū, cōstat.* **I N** præsentia sese offert, Galenum in partium munere aut usu recensendo, uel minimum errasse, à me falso propositum. quam obiectionem, ita Dijs me ament, longè maiori rationum copia possem diluere, quàm mihi ad duo prius narrata axiomata, fuit suppeditata: quòd sanè si per ocium nunc ita liceret, ut

ret, ut quum in Academijs uiuebam, nostris' que stu-  
 dijs, non autem artis operib. eram deditus, meoq; ar-  
 bitratu mihi domi desidere licebat, diffusius multo  
 q; alijs in locis obiectis præstiti, à Galeno perperã as-  
 signatos usus & munia, actiones' ue non rectè tradi-  
 tas subiicerem. ut cunq; uerò sit, ex magno aceruo &  
 quasi promptuario, quædam saltem loca non gra-  
 uabor subnectere, ut hac quoq; parte responsionis  
 ad Syluij literas exemplum habeas. Ut itaq; mul-  
 ta præteream caluariæ foramina, in quorum usu assi-  
 gnando, Galenus non minus quàm in descriptioni-  
 bus hallucinatus est, ut in foramine secundũ neruo-  
 rum cerebri par transmittente: in foraminibus cri-  
 bri modo in osse exculptis, quod in frontis ossis basi  
 locatum scripsimus: in foramine tertium & quar-  
 tum neruorum cerebri paria transmittente: in fora-  
 minibus arteriæ soporalis propaginibus paratis,  
 quæ orationem superius terminabant: ac dein in  
 ossis cuneum referentis in sua basi usu, ubi id falsò  
 spongiæ modo peruium retulit, ac proinde inibi  
 & actiones & usus præter omnem rationem ( uti  
 prius alicubi ostensum est ) finxit, capitis inquam  
 motus mihi sunt proferendi, nisi prius in generali-  
 bus ossium descriptionibus aliquid adducendum  
 putares. Ut locus ille est, quo Galenus appendicum  
 usum recensens, eos in hoc ossibus datos scribit, ut  
 illorum sinuum quibus medulla continetur, essent  
 opercula: non expendens, quĩ Natura ossibus  
 eiusmodi sinu donatis, appendicem illis sinibus  
 non apposuerit, ubi compositionis ratio, & ua-  
 riorum processuum tuberum' que series, insignem  
 duriciem requirebant, ut in humiliori humeri se-  
 de, & superiori ulnæ regione occurrit. De  
 in appendix ossibus, quibus sinus illi magni &

*In ossium his-  
 toria*

148100001

T 3 caui

caui adsunt, citra ossium interstitium non coalescit: nisi iam os ipsum mollius, quàm tota longitudine, redditum sit, & parem cum appendice substantiam sibi uendicare incipiat, sinus' que ille prius communi appendicum materia obduratus occurrat. Insuper scapula nullibi eiusmodi sinum exhibens, tot abundat appendicibus, perinde atque ossa sacri ossis lateribus commissa, quæ appendicem toti ossis iliū spinæ obtensum gerunt. Dein coxendicis ossi insignis quoque largitur appendix, ubi tot tibiae & femur mouentibus musculis initium præbet. Rursum uertebrae quot scitent appendicibus: quum sinum interim non habeant, quo medulla seorsum recondatur. Scio enim omnibus ossibus in fungosa qua constant substantia, ut & ipsis appendicibus, medullam contineri, aut saltem succum, quem medullæ conferre cogimur. In hoc itaque appendicum usu assignando, debuisset Galenus expendere, quum in puerulis appendices propemodum sint cartilaginei, & quum dein illorum substantia in mollitie à cætera ossis parte differat: ne ipse Naturam appendices sinuum medullam continentium ceu opercula molitam esse, comminisceretur. Cæterum quod ad capituli super primam uertebrae motum, & primæ rursus uertebrae cum capite supra secundam, ac dein capituli cum uniuersa ceruice spectat, nequeo satis mirari, quamobrem à quoquam damnari debeam, quod Galeno non acquieuerim, omnia' que ex diametro suis scriptis pugnancia proposuerim: quum nemo tam mente captus esse debeat, quem non seposito aliquantum affectu, in meam sententiam descendere oporteret: nisi ideo mea auersaretur, quod à iuueno fuissent proposita, ipse autem toties Galeni libros & prælegisset, & correxisset, & in alium sermonem

fermonem conuertisset, ut illum puderet hæc ab ipso non fuisse prius obseruata. idque potissimum in capitis motu, in cuius descriptione, Galenus doctiorem et attentio-rem requirit auditorem, quam in ulla alia quantumuis graui & eleganti. Adde quod tot musculorum & ligamentorum usus à Galeno male traditos fatendum sit, quandoquidem in capitis motibus describendis aberrauerit. Nescio num Syluium mouit, quod hoc argumentum in meis libris tractas, me preceptoris opera destitutū fuisse scribā: quum fortè arbitretur me ab illo anatomica didicisse, qui Galenum nihil perperam scripsisse adhuc contendit. Sanè Syluius mihi dum uiuam obseruandus, nobis libros de Partium usu suo more legere incepit: at quum ad primi libri medium, atque adeò ad anatomica uenisset, illa difficiliora esse proposuit, quam quæ nos medicinæ candidati possemus assequi: atque ideo fore dixit, ut & se pariter & nos frustra cruciaret, ac proinde quartum librum est aggressus ad decimi usque portionem, dein intermedijs rursus ad decimum quartum usque omissis, posteriores quoque ita legit, ut singulis quinque aut senis diebus unum librum absolueret, nihil minus, quam alibi diuersum quid à Galeno traditum esse (uti sæpe occurrit) nos admonens: aut aliquid secus, quam res haberet, à Galeno scriptum ostendens, nullius interim quam canis partibus, interdum in scholam apportatis. In quarum refectionibus nos discipuli adeò eramus seduli, & preceptoris optimi imitatores, ut is non semel post prælectiones, nostram diligentiam experiretur, uti tum accidit, quum altera die membranas uenæ arterialis & arteriæ magnæ orificio præfectas, ipsi ostenderemus, quas pridie à se haud reperiri posse affirmabat.

Quum ita

Quum itaque Syluius ea loca, ubi de uertebriſ agit, cum plerisque alijs tranſiſſet, neq; unquam aliud anatomicum (ſi libros de Muſculorum motu excipias, in quibus etiam undique illi ſana fuit Galeni ſententia) ſuo illo anni trigefimi quinti quem uocat Curſu nobis prælegiſſet, haud mirum eſt, ſi me præceptoris opera deſtitutum, diligenter inuigiſſe ſcribam, ut in illorum auditorum numero haberer, quos Galenus à ſuis libris, capitis motus docens, non repellit, atque ad Naturæ myſteria percipienda idoneos cenſet. Sic itaque effectum eſt, ut ego caput proprio ſuo motu ſuper primam uertebriſ flecti, & ſurſum, aut in poſteriora duci tradiſſem: quum Galenus caput ſuper primam uertebriſ in latus agi doceat, ac ſi id ad humeros inclinarem. Nihil enim aliud capitis motus tradens inſinuat, ac inibi præſertim, ubi occipitiſ oſſis capitulū à ſuo ſinu eleuari ea in parte tradit, quæ lateri in quod caput ducitur, e regione conſiſtit. non ſolum contentus male motus deſcripiſſe, niſi etiam Naturæ tantum oſcitantæ tribueret, ut in digniſſimo totius corporis articulo oſſa ab inuicem in motu dehiſcere & abſcedere uoluiffet. quum interim nunquam uacuum inter articulos ſpaciū, optima ſanè ratione, in ullo motu fieri uideamus. Adeo, ut ſatis conſtet, eum in latera motum à Galeno primæ uertebriſ cum capite articulo attributum, quum tamen interim caput proprio motu in latus non agatur, ſed ſecundariò tantum, cum uniuerſa nimirum ceruice, quæ ſenſim omnibus uertebriſ in eum modum conſentientibus, in latus arcuatim ducitur. Dein Galenus minus adhuc artiſicioſè caput cum prima uertebra ſuper ſecundam flecti & reflecti docuit, illo nimirum motu, quem ego in prima fieri uertebra re-  
cenſui.



cenfui. Quòd illa Galeni fuerit fententia, tum aperta in tribus diuerfis libris oratio atteftatur: tum multo adhuc magis ligamenti ufus mala commemoratio, quod fecundæ uertebæ dentem prohibere aſtruit, ne in capitis in anteriora flexu dorſalem medullam comprimat. quum interim id dentem ita contineat, ut in primæ uertebæ ſinu eum in modũ recondatur, ut axis ad quam ſphæram, aut rotam, aut aliud quoduis circumagi notum eſt. Caput enim (quicquid Galenus doceat, aut Syluij diſcipuli ſuos ſtylos, dentis interim naturam ignorant, acuant) in gyrũ ſuper ſecundã uertebã agitur, neq; ullo pacto ſuper eam fleſtitur & extenditur: Galeno interim nullũ articulũ, quo caput circumagat, proponente. Nam ſi quis illum ſub reuendi motu à Galeno intellectum contenderet, atque ita aſſereret ipſius ſententiam fuiſſe, caput ſuper primam uertebam circumduci: iſte fanè mox obſeruabit, quàm abſurda, uel articuli gratia, proponat. duo enim occipitis oſis capitula, in duos profundos ſinus ſubeunt, ex latere mutuò oppoſitos: adeò, ut non minus caput ſupra primam uertebam in gyrum duci poſſit, quàm circulus, cuius ambo crura aſſeri infixata eſſent. Atque me hic ueritati conſona proponere, & oſſium ſtructuram meis placitis conuenire, tam mihi conſtat, quàm quod maximè, ut quando primus iſte Syluij impetus refrixerit, illũ mecum indubie ſenſurum exiſtimem: ſi modò oſa diſcipulis, contrariarũ ſententiarum admonitis, ſedulò propoſuerit, ut cum illis obſeruet, quàm motus capitis à Galeno male deſcripti, multa in ipſius hiſtoria turbent, ex quib. illum in partiũ uſu aſignando, nõ omnino eſſe integrum affirmare nihil prohibet. Plus æquò enim ſermo educeret, ſi omnia de muſculis hic,

V & ligamen

& ligamentis repetenda essent, quæ necessario ad ignotatum motum subsequuntur: adeò, ut uel huius obseruationis gratia mereretur, ne ita suis literis Syluius erga me turbaretur. Galenus, quum processus meminit in anteriori primæ uertebrae sede conspicui, ac ipsius uertebrae roboris gratia & musculorum insertio nis nomine, ut nos rectè docuimus, efformati, nõ debuisse illi suorum dogmatum inibi oblitus, eum usum tribuere, ut caput reclinatum in anteriora, sursum retruderet. Nunquã enim caput adeò inclinari potest, ut illi processui ita incubat, ut illum usum is præstaret: præterquã quòd cui ossium commissuratum ratio perspecta est, id prorsus inartificiosum, nullibiç aliàs à Natura tentatum esse, non ambigat. Galenus sese tãtopere in ratione danda occupãs, cur duæ humiliores thoracis uertebrae, transuersis processibus destituantur, debuisse animaduertere, suum placitum mendax esse, nisi & duas decimæ incumbentes uertebrae ipsdem quoç processibus destitui, eadem ratione docuisset. Verum ut illæ processibus donantur, ita quoque Galeni argumenta hoc loco sunt, ut superius monui, à ueritate aliena. Ut sæpe in Anatomicis Galenus contraria docuit, ita quoque non mirum esse debet, eandem partem contrariorum officiorum gratia fabricatam esse, aliquando ab illo doceri. uti in acuto ulnæ processu accidit, in cuius descriptione Galenus ab hominis fabrica multum aberrasse ostensus est. non enim processus ille extra reliquam superciliarum sinus, cui brachiale inarticulatur, seriem educitur, neç læuis et lubrica cartilagine incrustatus est, neç tertij brachialis ossis sinum articuli in modum subit. Atç ut Galenus in huius articuli historia à ueritate plurimum declinauit, ita quoç in libro de Ossib. parum rectè

rectè, beneficio articulationis acuti illius processus cum brachiali, manum in obliquum agi scripsit, motum, quantum conijcio, illum subaudiens, quo in latera manum ducimus. Quem stylus iste si altius conscenderet, atq; ita ut in ouibus sese offert, aut ut Galenus scribit, articularetur, pali instar manum in externū latus duci prohiberet: tantum abest, quòd illi motui Natura illum præfecisset. In libris de Partium usu, non illum duntaxat motum lateralem acuto huic processui tribuit, uerùm & motus in pronum ac supinum statuit autorem. Quod quàm ueritati consentiat, ex manus motu djudicandum uenit, quæ nulla ratione in pronum & supinum peculiari proprio que motu agitur. Adeò parum Galenus Naturæ affecutus est industriam, qua brachialis articulū, quoad potuit, ad solum retulit radium, quò eius beneficio, manus secundariò parem cum radio motum aptè experiretur: quem etiam acutus stylus prohiberet, si Galeni descriptionibus conueniret: non secus quàm oues & uitulos eo motu articulationis eius, & ulnæ cum radio, ut sic dicam, coalitus gratia, priuari cernimus. Atque ita, delirus meritò censeret, si tam apertè meæ rationi contrairerem, ut cum Syluio Galenum in nullius partis usus aut operationis descriptione, aberrasse faterer.

Quia Galenus nullum in digitorum articulis discrimen docuit, non mirum quoque est, illum Naturæ in digitorum motu laterali non expendisse industriam. Iam quia certissimum est, homini non longissimum pedem, sed potius breuissimum obtigisse, nemo ambigere debet, quàm multa in libro tertio de Partium usu accusanda ueniant, si cui in rebus nimis apertis, & friuolis interim, immorari luberet.

Superiùs, quum in musculo non necessariam

V 2 ostendere

*In musculorū  
& ligamentorū  
historia,  
aliquot non be-  
ne assignati u-  
sus, & functi-  
ones.*

ostenderemus illam, quam Galenus fingit, ligamen-  
ti & nerui commixtionem (ratione tum aliunde,  
tum à musculis ducta, qui nullibi suas fibras magis  
diremptas, inuicem que diffitas gerunt, quàm in ip-  
so exortu, & illis musculis, qui tam ampli in ortu  
& medio ductu cernuntur, atque in illorum inser-  
tione) facile quoque fuit animaduertere, carnem à  
Natura musculis in hoc præcipuè nō datam, ut eius-  
modi effictę diuisionis fulcrum et stratum esset, quo  
fibræ illæ continerentur. uerum si musculi constru-  
ctionem debitè expenderimus, caro nobis occurret  
præcipua illius substantia: quemadmodū scilicet in  
pulmone, iecore, liene, renibus, testibus, cerebro,  
corde, ac denique in omnibus organis peculiari offi-  
cio præfectis, propriam, & quæ nulli alteri parti  
cōmunis est, recensemus substantiam. Ac dein liga-  
mentorū materia musculo ad robur data est, ut ali-  
quid esset quod carnis collectione contractum, id  
cui musculus inserendus erat, attraheret. Neruo au-  
tem ad animalem uim in primis opus habuit, quem  
ita ut sanguinem uenarū, et materiā arteriarū offerri  
animaduertimus, si ueritatis studio dediti, nimium  
autoribus non tribuamus. Atque ut parem neruo-  
rum cum uenis arterijsq; seriem spectamus, ita quo-  
que musculo cōmodum uidemus, ut illuc animalis  
uis potissimum communicetur, quo colligi in se de-  
bet musculus, & quo mouendam partem acturus  
est. Atq; hæc aliās ita à me disputata arbitror, ut illis  
in præsentia haud sit immorādum. Vt Galenus in  
palebrarū musculis enumerandis uariis est, ita quo-  
que in usu illorū sibi non cōstat, in libris enim de V-  
su partiū duos recenset musculos, ad singulos oculi  
angulos unum, quorum illum qui interiorem angu-  
lum sibi uendicat, palpebram sursum ducere asserit:  
illum uerò,

illum uerò, qui in minori exteriori ue angulo occurrit, palpebræ ad inferiora ductus autorem censet. In libris de Locorum affectorum cognitione, duos illos palpebram deorsum agere scribit, tertium fingens musculum, qui palpebræ eleuationis opifex esset. Quid uerò ego de illis iudicem, inibi obuiū est, ubi palpebræ musculorū historiam institui.

Quando Galenus oculorum musculum, post sex priores recenset, quem modò plurimum, modò unius numero comprehendit, non mihi aptè ipsi usum præbere uidetur, quo illius beneficio oculus sua sede contineretur. In brutis enim animalibus, ut & in hominibus, musculus ille posteriori oculi sedi ad uisoriij nerui ingressum sua ueluti basi insertus, ac orbiculatim ueluti in mucronem ad initium ipsius desinens, uisoriō que neruo obductus, ita à sex prioribus oculi musculis & adipe illis subdita integitur, inuestitur que, ut caluariæ os nullibi contingat. Audio quosdam bouini oculi musculos, potius quàm humani, à me descriptos iactitare: quòd bouinos oculos me ad sectionem semper adhibere uiderint, quod que oculi in meis libris delineati, grandiores multò quàm hominis oculi conspiciantur. Ego sane in scholis bouinos oculos semper exhibui, quòd ex sectionis serie hominis oculi erant nimis flaccidi, & exigui: tamen hominis quoque oculos, utcumq; sese offerrent, aggrediebar. uti non semel in priuatis sectionibus, ubi meo arbitratu, mox oculos intueri licuit, nullo interim mihi occurrente musculorum discrimine. pupilla tamen homini multò est angustior: neq; color uiridis, cœruleus, & impense niger, in uueæ tunicæ interna sede sunt obuij. Ac proinde, hæcenus adhuc fateri cogor, Galenum in eius musculi, quem tantum obiter enumerat, usus descri-

V 3 ptione,

ptione, menda non carere. & propter colorum in uuea tunica distinctionē, bouinos oculos, uti & bouillum cerebrum, non uerò humanos, ab ipso dissectos, uiridem dico, & ceruleum, & impenſe nigrum colores in interna eius tunicæ regione occurrentes, non autem eum qui in externa uueæ tunicæ conſiſtit, ubi hæc corneam & pellucidam oculi tunicam respicit. cuius coloris gratia, albis, nigris, glaucis oculis homines donari dicimus. Est enim color ille in ipsa uuea, siue oculus humoribus adhuc plenus, siue ijs eductis inspiciatur. Quod illic studiosos diligenter expendere optauerim, ubi Galenus de oculorum temperamentis ex hoc colorum discrimine tractat. Vix enim fieri poterit (si modo ueritatis amore teneantur) quin hoc meum Paradoxum admirentur, Galeni imaginationes expendentes. Nisi fortassis aliquid de colore conſingere uelimus, qui clarior, aut obscurior in ipsa pupilla occurrit, pro illius amplitudine. Sed id nugari potius, quàm uera proponere eſſet, ut autores purgaremus. Ad musculos itaq; unde sermo deflexerat, rediens, nihil dicam de temporali musculo & massitere, in quorū descriptione & usu enarrandis, Galenus in libris de Usu partium non mediocriter falsus est: quum in libris de Administrandis sectionibus se correxerit, eosque musculos pulchrè descripserit, nulla tamen librorum de Partium usu inibi facta mentione, perinde ac si illos se aliquando recogniturum sperasset. uti quibusdam locis factum esse, muscoli ostendunt, argumentis que sunt, qui primos digitorum articulos flectunt, musculus in poplite latitans, musculus in ſemijs & canib. in axillis occurrēs, ex carnea membrana conformatus, & alij quidam, quorum mentio in libris de Usu partium extra orationis seriem, non  
fecus quàm

fecus quàm si in margine tantū illos adnotasset, incidit, & interdū propositā sententiā interturbat. uti liquidò in uersu illo, aut linea euenit, qua obiter musculi in poplite repositi sermo occurrit: quum interim ex ipsius Galeni suffragio, alibi constet, eos musculos illi fuisse incognitos, quando libros de Vsu partium, & priores ipsius de Administrandis sectionibus libros, qui incendio perierant, scriberet.

Verū huiusmodi ad alium locum spectant: incidi autem in hunc sermonem, ne me adeò oscitantem putes, quòd non pleraque obseruauerim, parum anatomicè et diffusè interim à Galeno in libris partium usus pertractātibus, de musculis qui maxillam inferiorem mouent, commemorata. Nihilominus tamen, quia in contrariorum & pugnantium quorundam Galeni locorum mentionem propter musculorum functionis descriptionem deueni, non possum musculum præterire, quem à scapula in os *v* referens implantatū recenseo, atq; priuatū propriū eius ossis musculū statuo, quemadmodum & Galenus in libris de Vsu partium, illius ossis musculos enumerans, potius quàm describens. quum tamen in iisdem libris, quemadmodum & in libris de Administrandis sectionibus, eum musculum scapulae motorem inducat: adeò, ut præsens musculus nō leuem arguat Galeni inconstantiam, quum interim scapulam mouentium numero non sit uel propter gracilitatem ascribendus. De caput mouentibus musculis tanto numero conspicuis, quid attinet dicere: quum mihi certissimò persuasum sit, in capitis motibus describendis Galenum hallucinatum esse. Musculus ab humiliori scapulae costa enatus, & longa insertione sub humeri capite ea regione insertus, qua musculus brachium mouentium primus anteriorem pe-

riorem pectoris sedem sibi uendicans, implantatur, retrorsum brachiū ducit, opposito motu eius, quem primum statuo . ne utiquam uerò (& si id Galenus indicabat) autor est circumuersionis brachij ad exteriora. Vnde etiam statim liquet, quousque Galenus Naturæ artificium in musculo perceperit, gibbam scapulæ sedem occupante, & capiti humeri, articuli que hic ligamentis ampla infertione innato, & circumductionis autore. Musculus brachiū deorsum trahens, atque à sextæ thoracis uertebrae spina ad sacri ossis usque humiliorem sedem ex dorso enatus, uti scapulæ non inseritur, ita quoque Galenus illi scapulam mouendi munus falsò tribuit. Musculus in simijs & canibus carnea constans membrana, & in homine deficiens, ex uero fibrarum ductu, quem Galenus etiam rectè describit, promptè exhibet, se illud quod Galenus in simplici recto que motu deorsum, ipsi ascribit, officium nō obire. Quem admodum Galenus malè ortum musculi descripsit, quem scapulam mouētium primum numero, quicq; brachium pectori admouenti musculo substratus, interiori scapulæ processui, non autem humero, neque articuli ligamento, in hominibus præcipuè, inseritur: ita quoque in illius functione commemoranda, multum aberrauit. quando quidem non fat illi fuit scripsisse, brachium eius musculi auxilio pectori adduci: quin adhuc subijceret, illum elatissimæ adductionis uersus clauiculam, autorem esse. Primùm enim, brachium non agit: & quum humiliter multò initium ducat, nempe ex secunda costa, aut paulò inferiùs, quàm primus brachium mouentium, qui ex clauicula & pectoris osse effertur, ridiculum prorsus est arbitrari, illū scapulæ musculum posse, etiamsi humero infereretur, brachium altiùs pectori ad-



pectori adducere, quàm primi brachium mouentis musculi elatior pars. Vt fileam, quanto inferius illa in humero inferatur, atq; ex superioribus deorsum magis descendat, quàm musculi scapulam agentis esset insertio, à Galeno illi non uerè ascripta. In musculis thoracè mouentibus, septum ipsum cum cæteris musculis præteribo, habita duntaxat intercostalium musculorum ratione, quòd illorum usus à Galeno ignoratus, mihi ipsius animum consciùm reddat, illum pleraque scripsisse, quæ nunquam uel uidisset, uel in anatome esset aggressus, sed quæ sola imaginatione ex falsis axiomatibus fingeret. id quod mecum omnes censebunt, qui autoritatibus non dediti, sed ueritati credentes, Galenum intercostalium munus non cognouisse, perspectum habebunt. Ipse igitur, ut non semel sibi non constat, ac uariis tum in rerum descriptionibus, tum usibus ac functionibus assignandis subinde est: ita quoque diuersam ipsius de intercostalium musculorum officio reperimus sententiam. undique enim hos musculos thoracem laxare, & comprimere, arctare uel, aut expirationi & inspirationi præesse docet. Verùm alibi interiores thoracè aperire, & costas deducere, exteriores uerò eundè comprimere et arctare, scribit: quum aliàs econtrariò his thoracè recludi & costas inuicem abduci, illis uerò costas ad se mutuò colligi, & thoracem stringi affirmet. Atque quum pugnans hæc sese offert sententia, leue est illam parem cõformemq; censere, refugio ab exemplarium mendis desumpto, quum facile sit Exteriores pro Interiores scribere, aut corrumpere. Verùm ut cunquē nunc constantem Galeni sententiam finxerimus, perpetuò fatendum est, Galenum aut interiores aut exteriores musculos intercostales aper-

X tionis tho.

tionis thoracis, & diductionis ab inuicem costarum  
 autores posuisse; quum ego interim & exteriores &  
 interiores ducendis ad se mutuò costis, & arctando  
 comprimendo que thoraci præfectos putauerim.  
 Nunquam enim rationem confingere potui, qua  
 mollia corpora inter durorum corporū interstitia,  
 ita in se colligi (quod musculis maximè propriū est)  
 possent, ut dura corpora ab inuicē discedere, aut de-  
 hiscere, et non cōuenire, cogerēt. Neq; hæcenus mi-  
 hi quisquā aut præsentē aut absente cadauere, ratio-  
 nem cōminisci aggressus est, qua Galeni sententiam  
 cōprobaret, præcipuè quum intercostaliū musculo-  
 rum naturam sedulò inspexisset: interim tam multis  
 rationibus sese offerentibus, quòd arctando thora-  
 ci omnes subseruiant. Quas & in mortuis & uiuis  
 omni qua potui diligentia, expendi, astantes obni-  
 xè rogans, ut si meæ sententiæ non acquiescerent, ra-  
 tionem suæ sententiæ (præter Galeni auctoritatem)  
 adducerent, qua opinioni meæ cedendum esset. Pu-  
 det enim Galeni nomine, quem communem habe-  
 mus præceptorem, & undiq; per uniuersam artem  
 ductorem, quod in horum musculorum munere  
 assignando aberrasset, & tanta apud nos suspitione  
 laboraret, quòd citra optimas rationes illi posthac  
 fidere nō auderemus. Multas enim tradit uiuorum  
 sectiones, quæ ex intercostalium munere pendent,  
 adeò ut nimis liquido constaret, illas parum ingeni-  
 ose ab illo fictas, si modo intercostaliū munus igno-  
 rauerit. Quanquam nonnullæ etiam tales sint, quæ  
 & alioquin uidentur inartificiose, & quæ imagina-  
 tas se ab illo potius, q̄ aggressas, testantur. Quid  
 dicam de musculorum dorsum mouentium usu, à  
 Galeno cōmemorato: quum quatuor insignes dor-  
 sum mouentes musculos ignorauerit, & tanquam  
 non essent,

non essent, præterierit: neminem enim tam stupidum esse arbitror, quin ob illorum musculorum ignorantiam, cæterorum quoque munus perperam descriptum, sibi persuadeat, quanquam Galenus in illis recensendis, & illorum officio commemorando, tam succinctus fuerit, ut inde perpauci in usum narratione lapsus colligi possent. Quum Galenus in libris de Usu partium falsò scripsisset, musculum tertios quatuor digitorum articulos flectentem, etiam in prima ossa suis tendinibus inseri: addidit, & illa quoque ossa eius muscoli beneficio flecti. Dum uerò libros de Administrandis sectionibus scriberet, atque insertionem illam in rerum natura haud esse diligētiori refectione expenderet, idē munus dicto nunc musculo tribuit: uerūm ad transuersa ligamenta, quibus tendines super prima ossa continentur, flexionem retulit. Quandoquidem igitur sese Galenus correxit, ipsius sententia hic, uti et aliàs semper, assumenda nobis est, quæ ueritati sit proximior. Transuersorum itaq; ligamentorum beneficio, Galenus prima digitorum ossa tendinibus flecti tradidit, qui flexus tertij ossis autores existunt. Istud mihi ex primi ossis flexionis robore ueritati repugnare uisum est. nam eadem ratione qua tendines tertios articulos flectentes, primos flecterent, illi qui secundos flectunt, primorum quoque flexionis opifices essent: quum iisdem in primis articulis contineantur ligamentis, quo illi qui tertios articulos flectunt: & primi insuper articuli, duos proprios sibi uendicant musculos, quibus flexum experiuntur: quum tamen primi articuli imbecillius, quàm tertij, flectantur. Aded, ut etiam constante Galeni autoritate, ab illo neglectum esset, primos articulos ab illis tendinibus etiam flecti, qui secundis articulis inseruntur: &

X 2 runtur: &

runtur: & secundos etiam articulos ab illis tendinibus flexum obtinere, qui tertijs implantantur, quum transuerso ligamento non minus in secundis articulis, quam in primo, ambiantur. Deinde Galenus omisisset his, tendinibus brachiale debere flecti, quum etiam in eius sinu transuerso succingantur ligamento. Atque ita rursus in pede multa occurrent, in quibus Galenus defecisset, si gratia transuersorum ligamentorum, etiam ossa, quibus tendines non implantantur, moueri uoluisset. Licet interim tendinum digitos pedum mouentium functionem recensens, hac ratione motus, dixerit eos tendines qui tertiorum articulorum flexui praesunt, etiam primos & secundos mouere: tamen inibi omnia apud Galenum sunt adeo obscura, & quae in libris de Administrandis sectionibus scribuntur, tam parum his quae in libris de Partium usu legimus, conueniunt, ut hac parte nihil certi de ipsius sententia statuere unquam fuerim aggressus. Quando Galenus musculis brachiale mouentibus, munus quoque ascribit, brachiale in pronum & supinum agendi, non minus errat, quam quum brachiale proprio motu in pronum & supinum duci tradit, illo enim motu neutrum pollet: ac proinde brachiale mouentes musculi illi quoque praefici nequeunt. Quia Galenus in libris de Administrandis sectionibus in musculorum cubitum mouentium historia, tam uariis est, ab illa, qua ipsos in libris de Partium usu complectitur: quodque in illis libris omnia, quam in his, uerora occurrunt, ea omittam, quae admodum nugaciter in libris de Vsu partium, de fibrarum decussatione, multisque alijs sunt tradita, ne quis me in Galeno corripiendo uoluptate capere, & non cum communi medicorum schola de tanto autore grauius dolere existimet.

Verum id praeterire nequeo, quod quum musculos  
 istos

istos in libris de Administrandis sectionib. in simijs  
faltere rectè descripsisset, in illorū functione narra-  
da à ueritate declinauerit, quum musculis illis rectà  
omnino ductis, & nullam fibrarum decussationem  
interfectionem que molientibus, tam obliquos mo-  
tus tribuit. Indubitatum enim est, cubitum extra re-  
ctam flexionem & extensionem proprio motu non  
moueri. Nam si quis cubitum modò ad pectus, mo-  
dò ad summum humerum flectit, diuersitas flexus  
ex humeri circumactu pendet, neutiquam ex cubiti  
articulo, qui ginglymo nexus, simplici tantum mo-  
tu pollet. adeò ut humeri articulus non obiter in  
musculorum cubitū mouentium historia, Galenū  
luserit. Quàm frustra is in ligamenti quod ab ul-  
na brachiali inseritur, usu recensendo sese occupaue-  
rit, ex uera brachialis ad cubitum articuli constitu-  
tione, & proprio brachialis motu, magis constat,  
quàm ut ego in refellendo minus uero usu à Galeno  
illi ligamento ascripto, immorari debeam. In mu-  
sculo ceruici uesicæ præfecto, quorundā symptoma-  
tum occasione, quæ in uesica & eius ceruice in ægris  
quibusdā nuper mihi occurrerunt, nō minima mihi  
perspecta uelim: adeò ut ad diligēs examen, utcunq;  
ceruix uesicæ toties mihi secta fuerit, prima quaq;  
occasione illum sedulò redigam. Verùm quod ad præ-  
sens negotium spectat, miror sanè, quī Galenus e-  
um musculum ad urinæ reddendæ excernendæ ue  
promptitudinem, præcipuo suo usu auxiliari doce-  
at: quum ego arbitrer, eo foelicius urinam à circula-  
ribus uesicæ fibris, & potissimum à septo trans-  
uerso cum abdominis musculis pressam egeri, quo  
uesicæ ceruicis musculus sese magis aperuerit, suasq;  
fibras impensius laxauerit. Neq; mihi aliud occur-  
rit, quod uoluntariæ retentionis urinæ causam, præ-

X 3 ter hunc

ter hunc musculum in se collectum, censere possim. quod enim Galenus de ceruicis uesicæ, adeoq; urinarij meatus proponit angustia, & longitudine & circumactu, in mulierculis locum minime habet. quibus uesicæ ceruix admodum breuis est, rectà deorsum ad insertionem usque ipsius, ceruici uteri exporrecta. Modò, ut musculi tibiam mouentes, uberem discriminum copiam suppeditabant, quibus Galenū simias secuisse, & homines non uidisse, conficiebatur: atque ut ijdem parum uerarū & pugnantium inter se descriptionū adeò ingentem aceruum proposuerunt, ut illas commemorare non fuerim aggressus: ita quoque tibiam agentes muscoli, sese inter illos exhibent, qui Galeni diligentiam in actionum & usuum historia non uulgariter expetunt. Primum enim in libris de Partium usu, ubi ex Veterum numero, musculi tibiam mouentes sola prope modum imaginatione sunt descripti, Galenus tibiam extendi docuit, deinde flecti, sed triplici ferè differentia, duabus nimirum obliquis flexionibus, quarum una introrsum, altera extrorsum fit, & una recta, aut inter illas obliquas media. Insuper tibiæ, motus in latera tribuit, quibus introrsum aut extrorsum agatur: præter obliquum quendam, quem ex abundantia in libris de Administrandis dissectionibus, tibiæ assignat, quo tibiam attollentes, quasi alteri tibiæ admouemus, decussatimq; iniicimus. His motibus Galenus musculos ascribit, admodum in libris de Administrandis sectionibus, et libris de Partium usu sibi ipsi pugnant. Verum non est quod suarum sententiarum discrimen adferam, quū ego longè secus quàm Galenus, tibiam mouere indicē. Hæc enim simplici tantum extensione, quæ in acutū perficitur angulum, mouetur, nullo obliquo motu donata.

nata. uti ipsius cum femore articulatio ginglymo facta, admodū concinnè ostendit: & ductus illos laterales & obliquos, qui à Galeno proponunt, tibia primario non efficit motu, sed duntaxat secundario, ad femoris nimirum in coxendicis osse motum, ubi enarthrosis consistit, omne motus genus, quemadmodum in humero ad scapulam fit, experiens. Atque huius beneficio quum tibiā flectimus, illam aut introrsum, aut extrorsum agi, certū adeò est, ut neminem iam admonitū ambigere posse arbitrer, si modò studiose ossium articulos & motus in examen ac commodauerit. Quum itaque tam differens de tibiā motibus, mihi cum Galeno sit opinio, in promptu quoque est, quā in musculorum tibiā mouentū usu assignando, ab illo uariem. Quanquam interim plurimum miror, tibiā motus nō exactè uerèque fuisse à Galeno obseruatos: quum musculi, quem in libris de Administrandis sectionibus tibiā mouentium quartū numerat, munus aliter, quā in libris de Usu partiū, doceret, ubi illum septimū tibiā mouentū ponit, illo tibiā extrorsum simul cum flexione abduci, & quodammodo inuolui asserens: quum interim in libris de Administrandis sectionibus totam tibiā simplici motu in externam partem illo agi attestetur. Mihi enim persuadeo, Galenum, quia sepius huius musculi meminit, & hunc latum semper appellans, cursori cuidam in certamine auulsum existimauerit, diligenter in simijs examē functionis illius musculi instituisse, atque ita facile obseruasse, illum non nisi simplici motu tibiā agere. Quum tamen is obliquiorem ductum tertio musculo seruet, quem Galenus à coxendicis ossis appendice enatum, & secundum internum femoris caput ductum, tibiāque ossis anteriori sedi insertum, omnium tibiā

nium tibiam mouentium obliquissimum, non recte  
 statuit. Obliquior enim incessus proculdubio quar-  
 ti musculi est, ut qui ab eodem appēdice extrorsum  
 ad externam femoris sedem, adeoq; exterius illius  
 caput repat, ac tibiæ quoque inseratur, in ductu si-  
 mijs & hominibus par, quamuis in compositionis  
 interim ratione ac imagine in his ab illis insigniter  
 differat. Quando Galenus tam prolixè, in libris  
 de Administrandis sectionibus contendit de quin-  
 to tibiam mouentium musculo, sibiq; tam uariis in  
 eadem pagina occurrit, cupiuissem illum simul  
 cum tertio musculo alium quendam non resecuisse,  
 ac proinde ipsum non ignorasse musculum qui mi-  
 hi tibiam agentium quintus statuitur. ita enim in  
 quinti musculi usu non esset mihi alia, quàm Gale-  
 nio, sententia. Verùm huiusmodi tantum obiter  
 sunt monenda, ne in prolixā musculorū descrip-  
 tionem cogar descendere, ac quæ pro mea uirili diluci-  
 de in meis de Humani corporis fabrica libris do-  
 cui, recensere. Vbi & in sexti tibiam mouētis mu-  
 sculi historia mirabar, Galenum nō expendisse, qui  
 is membranæ modo musculos femur occupantes  
 singulari Naturæ industria contineret, atq; ne ali-  
 quò permutarētur, instar transfuersi ligamenti ambi-  
 ret: quū interim sexti huius musculi loco, Galenus  
 in libris de Usu partium imaginatione quendam fin-  
 git, quando tibiam extrā abducentem musculum,  
 ab extrema sede coxendicis ossis enasci cōminiscitur.  
 nisi quis fortè Galenū hic os iliū subaudiuisse, secus  
 quàm in reliqua musculorum historia, contendat.  
 Verùm id rursus ad musculorum descriptiones po-  
 tius (quemadmodum si pariter adducerem Gale-  
 num, nonum tibiam mouentium musculū falso à fe-  
 moris osse pronasci, etiam in libris de Administran-  
 dis



dis sectionibus attestatum esse) quàm ad usus enar-  
 rationem, pertinere meritò uidebitur. Quare hic  
 musculorum finem faciam, si prius admonuero, me  
 nulla ratione ex diligenti musculi in poplite latitan-  
 tis examine, illi posse ullum flectendi poplitis aut ge-  
 nu articuli inunus ascribere: quum interim Galenus  
 aliquando uideatur hunc solum illius articuli flexus  
 autorem, aut saltem ad eum moliendum, præcipua  
 potestate præditum esse, censere: nimium ipsi fa-  
 uens, quòd fortè illū primus obseruasset, aut quòd  
 Veteres ipsum inter tibiæ motuū opifices non enu-  
 merassent. Quia uerò de musculis digitos pedū mo-  
 uentibus aliquid cursim propositum est, ubi de ma-  
 nus digitorū musculis sermo incidebat, illos in præ-  
 sentia præteribo, pauca quædam de cæteris orga-  
 nis subiecturus.

Non omni ex parte mihi arri-  
 det, Galenum uenæ portæ tribuisse uim facultatēq;  
 præparandi succi ab intestinis iecori offerendi, mo-  
 do ipsi iecori similimo. Nam etsi communis nostræ  
 sententiæ de urinarum subsidentijs, non sim imme-  
 mor, nequeo mihi persuadere, quòd albo, tenui, mem-  
 braneoq; corpori sanguinis cōficiendi uis inesse po-  
 terit: & si quæ concoquendi uis præter illam, qua  
 partes omnes proprio alimento conficiendo prædi-  
 tæ sunt, uenæ adesset, illa sanè album potius humo-  
 rem, quàm sanguinem procrearet. Et si quis mihi in  
 tanta uenæ portæ longitudine, iecoris uicinitatem  
 adduceret, uelim illū in libris de Hippocratis & Pla-  
 tonis dogmatibus, Galenum adeò sui oblitum, atq;  
 adeò in arguendo Aristotele concitatum uidere, ut  
 uenæ cauæ in breuissimo interuallo, quod inter ie-  
 cur & cor spectatur, sanguificationis uim negauerit.

Dein ad portæ uenæ ramos in sedem pertinentes  
 spectat paradoxum illud, quo melancholicum &  
 Y crassum

*Loca ex ue-  
 narum, arteri-  
 arum, & ner-  
 uorū historia  
 petita, quibus  
 usus & actio-  
 nes non recte  
 Galenum un-  
 diq; assignasse  
 constat.*

crassum sanguinē per interualla ex ano defluentem  
 per eos potius ramos, quā cauae uenae propagi-  
 nes, emanare, in ea Epistola proposui, quae inter cae-  
 tera potissimum docet, parum aut prorsus nihil in-  
 teresse, cuius nam cubiti uena in laterali morbo ape-  
 riatur: aut si quid modo intersit, dextri cubiti uenā  
 incidendam, quodcuncq; etiam latus, aut quamcun-  
 que thoracis partem inflammatio obsideat. Cae-  
 rum in neruorum historia, ut alia multa, ita non me-  
 diocriter admiror uulgatam in scholis quaestionē, ex  
 primo de Affectorū locorū cognitione desumptā,  
 qua prolixē, & nescio quibus interim rationibus cō-  
 certatur, quī motus, sensu adhuc asseruato, perire  
 queat: & rursus, quī sensu retento, motus abolea-  
 tur: tota semper disputatione de anulari & minimo  
 digito facta. Atq; hīc primū fatentur omnes, ad mo-  
 tum, maiorem animalis spiritus copiam requiri, ac  
 proinde in spiritus illius defectu facile posse accide-  
 re, ut deperdito motu, sensus adhuc aliqua ex parte  
 esset integer. Verū non tam prompta occurrit ra-  
 tio, qualiter motus abolito sensu, adhuc supersit:  
 quod Galenum eō sanē seduxisse uidetur, ut aliquot  
 neruorū furculos motui, aliquot uerō sensui praef-  
 se affirmauerit: perinde atq; si neruus aliquis tactus  
 sensu destitutus, occurreret. Cui sententiā nulla ra-  
 tione possum subscribere, praecipuē quum in neruo-  
 rum musculorumq; dissectionibus uersato, non o-  
 pus sit ad falsum illud axioma confugere, ut motum  
 adhuc absq; sensu seruari doceat: idq; potissimum  
 in illis digitis, de quibus Galenus sermonem insti-  
 tuit. Si quis enim nouerit quartum neruum, eorum  
 qui brachium subeunt, à me enumeratum, tum alijs  
 multis, tum musculis maximè digitos extendenti-  
 bus furculos praebere, & non anularem & minimū  
 digitos,

digitos, perinde atq; reliquos, propaginibus externa illorū sede adire, uerū duos illos digitos à quinto brachium petente neruo & interius & exterius furculos assumere, perspectū habuerit: illi licebit in posteriori brachij sede, aut in illo elegāti neruorum circa ceruicis uertebrarum latera plexu, quartū neruum ledere, aut alioquin collisum contusum uē subaudire, quinto adhuc integro, mox enim minimi digiti, & illi proximi sensum aboleri animaduertet, illorum extensione non uitiata. Rursus si quartum neruum integrum finxerit, quintū uerò læsum, musculorum digitos extendentium munus non obliterabitur, tamen in minimo digito et anulari stupidus occurret sensus. Adeò ut huius propositionis ueritas (si modo uera esse unquam occurrat) ex sedula sectione potius, quàm imaginatione, esset petenda, qua neruos sensu tactus priuatos, cōtra neruorum naturam, confingeremus. Quandoquē tamen uulgata hæc & communis nimium quæstio in medium adducitur, de humorum potius in neruū fluxu, quàm eiusdem diuisione esset agendum: quum hæc uniuersum neruum sensu priuet, ille autem interdum primam noxam in extremis nerui furculis commonstret, quantūuis ipse altus consistat. Cæterum non est mi amicitissime Ioachime, quòd huiusmodi discrimina, quæ in scholis nobis disputantibus propter captiones sunt indicanda, tibi perscribam, quum ea sis eruditione & acri iudicio præditus, ut promptè in quam sententiā aliquid à me modò dicatur colligas, mihiq; non cum artis nostræ tyrone negotiū esse perspicias. Ut igitur nihil de usu dicam, quem Galenus peritonæo præbet, ne intestina, inter musculos ipsis incumbentes sese insinuarent, non possum expendere, quī peritonæum etiam accedente

*Ex eorū que  
peritonæo cō-  
tinentur histo-  
ria.*

Y 2 cedente

cedente septi transuersi opera, expellendis faecibus subsidium magis praestet, quam cutis abdomen inuestiens, aut omentum, aut adeps cuti subditus. Et Galenus quum eiusmodi usum peritonæo ascriberet, debuisset quoque expendere, qui pari ratione membranae costas succingenti, uim comprimendi arctandi; thoracem, tribuere oportuisset. Galenus, & quotquot post illum anatomen exscripserunt, glandosum corpus quoddam humiliori uentriculi orificio tribuunt, cuius ope id constringi arbitrantur: illorum quibusdam etiam suis scriptis adijciantibus, corpus illud, orificium, musculi quodammodo ritu ambire, & pari usu cum ceruicis uesicæ, aut ani musculo donari. Me sane ad duodenum intestinum non latet extensa glandula, illi corpori substantia similis, quod in humiliori membrana omenti repositum, à carnis specie aut pulchritudine nomen obtinuit. Verum nimis mihi constat, glandosum illud corpus claudendo aut aperiendo uentriculi orificio, haud praesse, sed uasorum hic secundum intestini longitudinem excurrentium elegans fulcrum & stratum existere: adeò ut non parum anatomico uideatur indignum, glandem hic naturali et quæ nostro non fit impetu excretioni, praeficere.

Nec satis noui, num à Galeno alicubi desumptum sit, uentriculi superius orificium à septo transuerso claudi, beneficio sui foraminis, quo stomachum transmittit, quod asserunt ciborum ad superiora etiam regressum impedire: parum obseruantes, si uerum proponerent, septi foramen illud, non minus quoque cibi in uentriculum ingressum occupaturum, quum facile constet, nullo nos in uentriculi orificij motu, qui ex nostro arbitratu pendeat, donari. De lienis usu, atque adeò faeculenti & atri sanguinis in uentriculum

triculum naturali, & quæ singulis concoctionibus (ut in bile flaua accidere arbitramur) fieret expurgatione, & superioris dein uentriculi oris constrictione, non minus sanè ambigo, quàm quum meos de Humani corporis fabrica libros emitterem: facile meæ incitæ asseribi ferens, me meatum illum aut uenâ latere quæ atrum illū succum in superius uentriculi orificium potius, quàm in reliquam sinistri lateris uentriculi sedem eructaret. Quod non eò dico, quasi hîc longum de lienis functionibus sermonem putauerim instituendum: uerùm ut me adhuc in eadem esse hæresi, & adhuc magis de communi medicorum sententia ambigere, uel inde colligeres, quòd Belloarmati Senensis, summi iurisperiti lienem Pisis inspexerim, iecoris officio indubiè iam diu functum. Is enim quum in officina libraria, quò absoluta eius diei in dissectionibus pomeridiana lectione, cum studiosis concesseram, me salutarat, atq; de sua ualitudine, quam annis multis parum secundam habuerat, nonnulla percunctatus erat, egoq; in eo sermone, iecoris & bilis uesicæ meatum obstructionis, ac demum lienis quoq; memineram, affirmavit sese postridie ad anatomen uenturum, ac ea uiscera, quorum tum ex serie fabrica enarranda successerat, diligenter obseruaturum. Vbi domum ex officina abiisset, & horis aliquot studijs se occupasset, mox atque cœnam auspicari cœpit, de mira corporis imbecillitate conquestus est, & impedita respiratione, remedijsq; nonnullis quæ fluxui bilioso in uentriculū accommoda putarentur, aliquandiu à medicis ipsi familiaribus, tentatis, expirauit. Quia uerò eius corpus Senas uehendū, ac patrio monumento reponendū fuerat, illius familiares apud chirurgum quendā ut uiscera eximerentur sollicitarūt:

post

Y 3 qui

qui, quum mihi id negotium summo mane proponeret, admodum auidè illius insperatè et tam subitè mortis causam in tam celebri uiro noscere cupiebã. quumq; ipsum dissecares, reperi mox uniuersum corporis sanguinem adhuc impense calidum, in peritonæi amplitudinem perinde confluisse, atque aquam inibi asseruatã non semel uidi, in ea aquæ subter cutem specie, quam ab utre nomen sibi uendicasse nouimus. Huius sanguinis fluxui occasionẽ præbuerat induratus quidam in uenæ portæ caudice abscessus, qui parte quadã suppuratus, effractusq; sanguini uiam dederat. Igitur mox ubi cerebrum & uiscera omnia abstulisset, itaq; reliquum corpus adaptasset, ut id & integrius & magis à putredine liberum fore existimabam: iecur illius cum bilis uesicula, & uentriculo, & liene, mecum in scholas apportandum curauit, quòd magnum malæ ualitudinis argumentum exhiberet. Vidimus itaq; iecur prorsus candicans, porcini, aut canini pulmonis inflati modò, superficie non constabat læui, sed admodum inæquali, & læuibus multisq; tuberculis exasperata. In caua iecoris sede, tota portæ uenæ series erat conspicua, iecoris nimirum substantia ab inferiori propaginum sede prorsus retracta, absumptã uenæ. Anterior iecoris pars, & uniuersa sinistra sedes, admodum lapidis erat indurata. posterior autem ubi cauæ caudex consistit, mollis admodum, & putredine uitiata sese spectandam obtulit. Bilis uesicula etiam præter modum pallebat, illaq; decem & octo lapilli continebantur, perquam læues, ac trianguli imagine æquis undiq; costis ac superficiebus formati, colore uirides, & quasi nigrescentes. at quum exiccati essent, magis uidebantur cinericei, mole cicera referentes. Lien uerò, cuius nomine hæc imprimis scribo, erat

bo, erat admodum magnus, & in corporis anteriora eductus, mollis, et paulò naturali liene albior. Atque, ut semel dicam, in tanta spectatorum eruditissimorumq; uirorum turba, nemo inuentus est, qui non promptissime assereret, lienem proculdubio in eo homine iecoris officio diu functum esse, adeò ut nihil uideretur iecur cum sanguificationis munere iam diu habuisse commune: liene interim ad iecoris molem excreto, & qui sanguinem etiam produceret, satis, quantum colligere potuimus, in praua illa corporis constitutione, accommodum. Et quò huius uenæ à uasis lienis proximis in uentriculum pertinentes, admodum essent insignes, admonui quoq; studiosos, ut num uena in uentriculi usq; os inferetur, sedulò animaduernerent. At in illa quæ reliquis omnibus uersus orificium propinquius repit, nullum à cæteris hominibus, nisi in amplitudine, nobis occurrit discrimen: uti etiam aliæ sinistrae uentriculi sedi communicatæ omnes, erant longæ amplissimæ. Dein Prosperum Martellum patriciũ Florentinum (qui multis annis regio morbo laborauerat, ac insperata subitacq; morte, ut Belloarmatus, interierat) etiam dissecui: quum Florentia abiturus, ac in Francisci Campani, à secretis Duci primarij comitatu, nobilis illius ædes præterequitans, à dominis quibusdam coactus sum, cum aliquot chirurgis qui iam rem aggredi cœperāt, mortis causam inquirere, quæ bilis in uentriculum iniectio erat præcipua. is enim sola bile occurrit turgidus, unà cum iecoris scirrho, & illius contractione, seu in unũ condensatione: quum lien interim mollior, & grandior naturali esset, sanguiniqu; parando subseruiuisse uideretur: bilis tamen uesicula duorum pugnorum magnitudinem facillè adæquante, & exiguis lapillis quodam

quodāmodo plena, qui inuicem connexis granis feminibus ue milij, aut potius asperæ superficiei uulgaris officinarum tutiæ erant simillimi. Vbicunque uenas aperirem, nihil præter densissimam bilem inueni, imò & in arterijs occurrens liquor, manus non minus quàm bilis ipsa tingeat. Hæc eò recensui, ut intelligas, quamobrem de lienis usu ambigam, & quæ nihil in meis libris in eius sermone ueniat immutandum, uti, ita Dñj me ament, hæctenus nihil in illis scriptum, ac præcipuè ubi Galenus à me notatus est, reperio, in quo præter rationem aliquid interiectū duco: utcunque sedulo post illorum editionem, & Geldricum bellum, à quo rursus in Italiam reuertebam, publicam anatomē Patauij, & Pisis, & aliqua ex parte Bononiæ aggressus fuerim, quum illac Pisas profecturus, iter facerem, & omittere non potui, quin amicorum hortatu, in anatome, quæ inibi præmanibus erat, plerasq; partes, negotio in multā noctem etiam deducto, disseccarem, Buccaferreo piæ memoriæ, & Albio (quibus ob singularem erga me candorē multum debeo) illuc, unā cum tot qui aderant studiosis, me compellentibus. Quanquam etiam interea principis Arangiæ, & Domini de Haluin, ac aliquot aliorum uiscera spectauerim, quorum corpora bombardis lesa, ex nostro exercitu, ne scio quò, erant deuehenda. Neq; unquam mihi occasionem defuturam putauerim, ea quorum admonebor, examinandi, quanquam magis illis Syluij discipulis, & ipsi quoque potius suaferim, ut mea omnia prius non obiter expenderent, quàm ea ex solis libris refellere aut damnare aggredierentur, ne fortè studiosis occasionem indagandæ ueritatis ante tempus præriperent. Neq; ego is sum, qui aliquid humanum à me esse alienum arbitrer; neq; me latet, quibus



quibus incrementis humani corporis fabricam alios docendo, & scribendo didicerim. præceptorem enim hac in parte nullum prorsus agnosco: neque existimo Syluium posthac, id si asseram, ægrè laturum, si quum ipse nihil à Galeno erratum attestetur, ego interim toties illi reclamem. Adde Syluium scribere, quanticumque me faciat, amicum tamen non referuaturum, nisi idem cum illo de Galeno communi præceptore sentiam. adeò, ut nemo uel ideo magnam laudem à me expectare, neque mihi quòd magnificè illum inter anatomes professores non recenseam, malè uelle debeat: quum mihi fatendum sit, omnes Galenum hactenus secutos idè cum Syluiò sensisse, suisque libris tradidisse, si modò Galenū quoque subinde non deprauauerint, nusquam pugnantem in illo locum animaduertentes: quū uel ex hoc scripto, tam discrepantia in Galeni libris occurrere, satis constet. Quare etiam non potui satis mirari Dryandri literas, Coloniae, quum nuper illac iter facerem, mihi à communi nostro amico Ioanne Ecicio insigni medico exhibitas, quibus ille cōquerebatur, à me nostræ ætatis celebrium dissectionis professorum nullam esse factam enumerationem, ac me præter aliquot alios (qui num nati unquam fuerint, haud scio) Ioannem Guinterium hac in parte præceptorem non cognouisse, quem ego sanè multis nominibus colo, & in medicina præceptoris loco publicis scriptis habeo. Verum tot mihi modò sectiones infligi cupio, quot illum aut in homine, aut alio bruto (præterquam in mensa) tentantem uidi. neque arbitror Guinterium id ægrè ferre, quum ipsi cum non paucis alijs constet, num mihi aliquid in hac nostræ artis parte debeat, si quid modò in dissectionis ratione extra communes Galeni libros, sibi

Z uendicet.

uendicet. Verùm hunc Dryander profert, sibi for-  
tè iniuriam factam putans, quòd ipse illorum nume-  
ro non sit affcriptus: quodc̄ se à me notatū doleat,  
ubi quendam Marpurgi ex aliorū libris undecun-  
que conquisitis figuris, eas perinde ac si suæ essent,  
emittere scripsi. Quasi uerò ego arbitratus fuisssem,  
Dryandrum alio sanè loco prius à me habitum, eos  
libros anatomicos emittere, quos typographos for-  
didi lucelli gratia, ipsius nomine (quò sua uendibili-  
ora redderēt) mutuato, tum latinè, tum germanicè  
edidisse putabam. Ac proinde si illorum librorum  
Dryander (uti uel ipse mihi nunc persuadet) autor  
fuerit, neq̄ is mihi occasionem præbuit, ut celebri-  
um nostræ ætatis anatomicorum catalogus in meo-  
rum librorū præfatione institui oportuisset, quum  
& ipse communi censura contentus esse debeat:  
mihic̄q̄ pariter ferendum sit, ut cum multis alijs, que  
non pauci hactenus de me scripserunt, Vesalio inui-  
deat, ac lætetur Cornarium propediem Galenum  
& Aristotelem locis omnibus quibus à me notan-  
tur purgaturum, id enim iisdem ad Eccium literis  
indicabat, quod ab illo potius, qui inter anatomicos  
& manus operi adhibentes connumerari studet, e-  
rat faciendum: Cornario suis, quibus cōmunia stu-  
dia promouet, relictis laboribus, potissimū quum  
hæc Galeni purgatio, non ex ipsius aliorum ue li-  
bris, uerùm ex hominum, simiarum, aliorumq̄ quo-  
rundam animalium sedula & diligenti refectione,  
sit petenda: neq̄ sufficiat ad male dicendum, & alio-  
rum conatus irridendos, aliquem se strenuum duce-  
re, ac suæ & aliorum pariter gloriæ (quum interim  
tam pauci de studijs bene mereri laborent) detrahe-  
re: quando potius communibus conatibus ueritati  
esset insudandum, & nos quoq̄ homines natos esse  
existimandū.

existimandū, quibus aliquid in medicina tam uasta arte, inueniendi facultas quoque inesse posset, modo impensius ueritatis, quàm alios calumniandi desiderio, teneremur. Hæc cogitans, Cornarij & Fuschij uices doleo, quòd suo ipsorum celebri aliàs nomini obfuerint, quum tãtis conuicijs utrinque illi, quos exteri pro singulari Germaniæ ornamento censere debebãt, se mutuò exagitant, easque uires inter se adhuc lassare pergant, quæ in Germanorum & Belgarum laudibus infestos erant exercendæ. Cæterum quando quidem hæc in miseros mortaliū casus repono, nosque metipsi ad huiusmodi opprobria fenestram nobis aperimus, ne aliò affectu seducar, & sermo latius excurrat, ad Galenum reuertar: qui quando uasorum sinistro testi materiam deferentium (quæ ambo nõ admodum uerè ab illis uasis pronasci docuit, quæ sinistrum renem transfuersim adeunt) ortus causam inquirat, atque ex serosi humoris copia, quam ea uasa adferunt, titillationem, delectationemque omnem in seminis excretionem pendere asserit, uidetur mihi parum obseruasse, homines quibus sinister testis occasione aliqua præfectus est, in coitu perinde affici, ac quibus dextrum subductum nouimus. Dein in reddendo lotio mirum esset nos eum pruritus non percipere, quæ in seminis eiectione sentimus: quum tamen eo loco ubi in glandis extremo & perinæo seminis uim experimur, meatus idem semini ac urinae paratus occurrat. unde etiam quum homo sanus est, ab urinae falsedine meatus is non magis quàm uelut sic pungitur. Et quoniam nunc languidiore, nunc autem rigidiore pene, urina nobis redditur, ad penis calefactionem urine qualitatem percipiendæ promptiorem, non est confugiendum. Præterquam quòd inuoluntario seminis fluxu laborare incipientes, se-

*Ex historia  
eorum quæ in  
thorace et cal  
uaria locan  
tur.*

minis excretionem cum pruritu & titillatione percipiunt, etiamsi languido & demisso pene eiectione fiat. Rursus cordis mucro non in hoc crassus & carneus insigniter est, neis in cordis contractionibus contra pectoris os ductus lædatur, quum ita haud contundi manifestum sit: uerum fibrarum carnisque sinistri uentriculi natura, ac concursus, satis liquidò ostendunt, quamobrem cordis mucro tam crassus, carneusque euaserit. Et cupiuissimè sanè Galenum in cordis uentriculis animaduertisse, cordis ferè totam substantiam in sinistri uentriculi constitutionem absumi, dextro interim instar crescentis Lunæ ad sinistrum connato, adeò enim cordis substantia, dextrum sinistri uentriculi latus constituit, ut dextrorsum protuberet, & parem cum reliqua sinistri uentriculi superficie circumactum ambitumque retineat. Verum si huiusmodi multa in examen ducerem, haud sese ocys exhiberet in usum narratione scribendi finis, ad quem nunc sanè est prope randum: si mihi non admodum placere adiecero Galeni rationem, qua duplex cerebrum statuit, ut una eius parte læsa, alia suo fungeretur munere: perinde atque una aure obturata, adhuc audimus: aut oculo uno excæcato, adhuc altero uidemus. Quum enim cerebrum tam ampla sede in basi, et deinde alijs ipsius corporibus, quæ peculiaribus nominibus appellantur, continuum sit, debuisset Galenus ad commo dam nutritionem, cerebri diuisionem referre, uti & cerebri reuolutiones, nutritionis illius gratia factas satis ostendi. Quam uerò Galenus uentriculorum cerebri usus expenderit, inibi sanè patet, ubi in libris de Hippocratis & Platonis dogmatibus de uentriculorum præstantia disceptans, sibi ipsi ex diametro pugnat, cum his quæ in libris de Partium usu, posteris

posteris tradidit. Si quis cerebelli processus obseruauerit, quos uermibus assimilamus, atq; dein uentriculorū cerebri naturam in examen posuerit, ridiculus sanè uidebitur Galenus, qui uermem imitantes processus aperiēdo et occludendo cerebelli uentriculo præesse scripsit. Atq; ut eiusmodi processuum usus male est assignatus, ita quoq; Galeno de illis tendinibus minimè credendū est, quos ait utrinque processum uermi similem continere, ne quum contrahitur, aut educitur, in latera aberret. Sed huiusmodi multa in libris de usu partium occurrūt, quæ eleganter quidem descripta, & summi Opificis magnam solertiam proponere uidentur. Verū quum quis ex diligenti sectione omnia expendit, satis mirari nequit, quā Galenus Promethei in modū, sibi corporis fabricam, & illius partium usus confirmare potuerit, ab hominis constitutione multum alienam, quemadmodum et quicquid de pituitæ defluxu per ossa & olfactus organo à Galeno traditū est, (uti superius in parum ueris descriptionibus fuit expositū) ueritati pugnare constat.

NUNC PROXIMUM EST, ut Galeni in argumentando demonstratq; robur expendamus, nonnullis argumētis (uti superius in alijs communibus locis præstitum est) speciminis loco adductis. Quia igitur minime ambigendum est, adipem ligamentis, membranisque adnasci, ac omnia quæ in nostro corpore nutritionis munere alterantur, mutantis colorem assumere, mihi adeps putatur albescere: non autem, quia est aëreus, aliās enim membrang, tendines, ligamenta, et his adhuc magis ossa, fierent nigra, utpote partes maxime siccae & terrestres, minimeq; aëriæ, & tamen albeant, adipisq; candorem inducūt. Verū, si specimen argumentorum ad anatonem præcipue spectantium,

Z 3 stantium,

REFE-  
runtur nōmul-  
la Galeni in  
anatomie argu-  
menta, pau-  
rum ualida.

stantium, proponere institui, nusquā melius, quā  
 ad cauam uenam me conferā, quæ tot rationibus à  
 Galeno contra Aristotelem ex iecore, non autem à  
 corde, pronasci contenditur. Atq; hac in re nollem  
 quenquam arbitrari, à me aliquid esse definitum, sed  
 tantum Galeni rationes quasdam in hoc examina-  
 tas, ne ex illis falsam humani corporis fabricam sibi  
 quis cōfingeret. Occurrūt igitur in sexto de Hippo-  
 cratis & Platonis dogmatibus libro, ubi de uenarū  
 ortu, & præcipuo altricis facultatis domicilio per-  
 tractatur, pleraq; loca huic proposito satis accom-  
 moda. Galenus enim de uenarum ortu disceptatu-  
 rus, tria argumenta ad unum ferè axioma redegit,  
 nimirum maiora amplioraq; minorum gracilio-  
 rumq; esse initia. Primum ex plantis sumitur, qui-  
 bus ex illarum è semine procreatione Galenus ini-  
 tium statuit, ubi ferè sunt crassissimæ, atq; ubi, quū  
 semen humiditate et aëre turgens in terra effractum  
 est, sursum ac deorsum aliquid pullulare conspici-  
 mus: illo quod sursum fertur, caudicis in modum ali-  
 quandiu ducto, ac dein in ramos multifidè dissecto:  
 si non etiam mox in ipso ascensu id pro plantæ diffe-  
 rentia, uariè atque in plures partes discindatur. Sta-  
 tuit igitur Galenus illic plantæ initium, unde & radi-  
 ces uidentur dependere, & planta sursum efferrī.  
 Istud ipsi, quum Aristoteli potius quā sibi medi-  
 um syllogismi hac ratione paret, ut cunq; fiat, est con-  
 cedendum. Pari etiam causa Galeno, necq; hic, uti  
 neque in libro de Semine, ubi id foetus effectiuum si-  
 mul & materiale constituit principium, atq; unā se-  
 minis substantiam in plantam mutari docuit, est re-  
 clamandum, etiam si uideamus, noua propagine ex  
 humiliori seminis sede diducta, atque radicū mo-  
 re firmata, semen uniuersum cū suo cortice inferius  
 dissecto,

dissecto, è terra duci, ac mox corticem diuisum deci-  
 dere: dein duas nuclei aut seminis partes utrinque ad  
 nouam plantam accrescere, & tantisper postea uire-  
 scere, dum noua planta folia efferat, ipsiusque nuclei  
 aut seminis partes resiccate decidant, adeò ut uix ap-  
 pendiculus ille, qui in duarum nuclei partium acumi-  
 ne consistit, aut in quibusdam seminibus, ut in pis-  
 & fabis, ad illarum ferè ex latere medium reponitur,  
 in plantæ substantiam degenerare uideatur. potissi-  
 mum quum è terra eductum semen, adeò iam incre-  
 uerit, nihilque ex forma (si molem modò demas) mul-  
 to que minus è substantia ipsi perierit. Secunda ra-  
 tio à Galeno uenæ cauæ exortum non à corde pen-  
 dere educturo, in fluminibus instituitur, quæ maio-  
 ra multò in initio, quàm reliquo progressu spectan-  
 tur: atque hinc nos statim monet, ne illa inaudiamus  
 flumina, quæ aliorum fontium aut fluminum accur-  
 su augentur, facileque in progressu initium amplitudi-  
 ne uincunt, adeò ut unius tantum fontis riuus nobis sit  
 imaginandus, qui eundo nullum incrementum assu-  
 mat, sed in ramos sparsus, uenarum à caudice educta-  
 rum modò, gracilis euadat. Tertia, ab alijs in homi-  
 ne organis aliquid corpori deferentibus elegantissi-  
 me assumitur. arteriæ enim à corde caudicem ha-  
 bent, qui uariè dein per corpus discinditur: & dor-  
 salis medulla caudicis instar est, à qua nerui, perinde at-  
 que in arbore rami, pullulant. Quum primum itaque  
 Galenus tribus istis rationibus maiora minorum  
 esse principia confecit, ilico subsumpsit: sed caua ue-  
 na in iecore amplissima est, & latissima: adeò ut dein  
 facile inferret, ipsius cauæ initium in iecore statuen-  
 dum, nimirum ubi arboris esset caudex, ubi fontis  
 initium, ubi cauæ sedes arteriarum exortui respon-  
 dens, & quæ dorsali medullæ conferri posset. Atque

itaque

ita

ita minor propositio, nihil negotij Galeno exhibuit, quum omnia in anatome ex libito sibi confingere posse arbitraretur, uenam nimirum in iecore tam amplam esse, quàm ipsius ascendentis partis, & etiam descendentis simul collectæ amplitudines, afferens: & ex Hippocratis, hac in parte ipso diligentioris sententia, cauam secundum iecur rectà ferri scribens: secus quàm aliàs, quando amplissimum caudicem ex iecoris gibbo ita enatum testatur, ut magna arteria ex cordis basi prodit: ac quãdo ut hæc in impares partes discinditur, ita quoq; cauam in maiorem portionem, quæ inferiora petat, & in minorem, quæ in superiora ducatur, diuisam Galenus docet. Dein, posteaquam ipse cauæ ad iecur amplitudinem prosecutus est, ita cauam uenam ad cor pertinere ait, ac si propaginem tantum aliquam ipsi offerret. Atq; quum ascendentem cauæ supra iecur partem hac oratione arctiorẽ descendẽte assereret, quomelius inibi suis rationibus robur adijceretur, multas uenas à caua inter cor & iecur enasci docuit: ac etiam in primis, quæ uenæ pari carentis munere fungeretur. Quandoquidem igitur apud Galenum huiusmodi occurrunt, ut cunq; in uitis philosophis, ut hinc ductis rationib. Auerroem, in omnibus Aristotelem, in quibus à Galeno accusatur, optimè purgasse contenderent, ansam præbeo, non potui omittere, quin inter docendum, & in meis libris, studiosos monerem, uenam cauam ampliori orificio in cor pertinere, quàm ipsius sit in iecore amplitudo. quin imò ea orificij capacitas æquat amplitudines descendentis & ascendentis uenæ cauæ partiũ: tantum abest, ut minor sit, etiam ascendentis supra cor uenæ cauæ partis, quemadmodum manifestissimè Galenus contra rei ueritatem colligit, adeò, ut præ-

sente



sente corpore Galeni maioribus propositionibus alias quàm ipse, minores, ex uera anatome submittere, ac dein in Aristotelis sententiam inferre debeamus. Facileq; constet, ea in parte Galeni argumenta esse inefficacissima: præterquam quòd superius ostendimus, illum præter rationē cauæ uenæ sedem inter cor & iecur positam, angustiozem illa constituere, quæ sub iecore occurrit. Et nimis liquet, uenam sine pari, multasq; alias propagines, non uerè à Galeno in libris de Hippocratis & Platonis dogmatibus sub corde oriri scriptum esse. Neq; tantum de tot falsis Galeni, ut suum dogma probaret, propositionibus, & in anatome fictionibus miror, atq; de illo argumento, quod à cauæ uenæ ad cordis basim ductu infert, asserens, si caua à corde nasceretur, enata, perinde atq; magna arteria, in duos truncos discinderetur, ut sursum atq; deorsum cōmodè ferri posset, quod adeò parū est anatomicū, ut quod minime. Arteria enim magna è basis medio pronata, tantisper suo caudice necessariò sursum ducitur, dum à se maximam sui partem diuidere potest, quæ secundum cordis posteriora ad dorsum reflexa, omnibus sub corde partibus distribuitur. adeò ut per commodum & necessarium fuerit arteriæ, quæ ex cordis basis medio alioquin nasci debuit, uno & simplici caudice aliquandiu duci: non secus quàm uenam arterialem, quæ quia ex basis quoq; medio, nō autem latere prodit, unico etiam caudice aliquantisper fertur, & dein in duos truncos partitur. Cæterum uenalis arteria ex sinistro basis latere, uno quidem orificio educitur, uerùm adeò mox ab ortu, in dextram & sinistram partem discinditur, ut anatomicorum nonnulli, uel Galeni testimonio, illi duo orificia ascriberent, omnino enim fuisset inartificiosum,

Aa sum,

sum, uas inde pronatū, uno caudice aliquandiu ferri propter eius portionē dextræ pulmonis sedi offerendā. Iam uena caua ad dextrū basis lateris, suo orificio, perinde atq; arteria uenalis ad sinistrū, pertinēs, etiā si ex corde hinc nasceretur, nō debuisset uno caudice aliquouſq; duci, priuſq; in partem superiora petentem, & aliam quæ deorsum repat, dirimeretur. quū enim nūc, ut modò caua habet, obliquè quodāmodo secundū cor ducitur, ut suo caudice in corporis medio consistere possit, rude, ac citra omnē creationis industriā fuisset, unū caudicem dextrorsum adhuc magis ferri, atq; dein obliquo ductu suos trūcos sinistrorsum, uersus corporis medium dirigi.

Galenus, ut superius monui, cauā uenā uno caudice à iecore prodire attestatur, ac dein arteriæ modo diuidi: & si interim alibi propter Hippocratis orationem, quæ uenæ caudicem rectā ferri docuit, uideatur ab illa sententia declinare. Verūm ut ut sit, non aliter in iecoris posteriori sede cauæ caudex sese exhibet, quā à me descriptus est, nimirum multò secus, quā Galenus illū enarrasse uidetur, quem cunque etiam pugnantium ipsius locorum ueriores iudicauerimus. Nam & si bipartiri uenam a libi non scripsisset, tamen orificium ipsius in iecore, amplitudinem simul ascendentis & descendens suarum partium æquare undique docuit. quod si modo sectioni potius quā maledicendi in Aristotelem studio deditus fuisset, de cauæ ad cor orificio rectissime assertuisset. Neque imbecillius mihi occurrit argumentum à Galeno de cordis dextro uentriculo aut sinu propositum, quo animalia pulmone priuata destituuntur: perinde ac si Aristoteles, aut illi qui cauam uenam à corde pronasce dixissent, id non de animalibus eo uentriculo donatis docuissent;

cuissent: & non secus de his animalibus, quam quibus dexter uentriculus deficit, orationem instituerent. Nec hic Aristoteli sinus iste à Galeno erat obijciendus, uerùm docendū, cauam uenam in cor uno sinu præditum, uix propaginem à se dimittere, non enim arbitror Galenum prorsus existimasse, ilorum animalium cor propagine omnino destituit quandoquidem caua eorum animalium, cordis basi perinde quasi committitur, ac illis animalibus, quibus duo obtigerunt uentriculi: ad eò, ut hinc parum firma pendeat Galeni ratio. Cæterum ubi uenas omnes iecori, non autem cordi, communes reddit, quid obsecro commune est iecori cum arteriali uena: aut si illam uenam, quòd arteriæ constet corpore, esse negaueris, uenalis saltem arteria iecori nõ minus conuenit, quam portæ uena cordi. Rhetoricum est argumentum, quod de uenarum descriptione historia ue infert: imò si non ita in Galeni uerba iurassemus, fortassis opportunius ducerẽ, cauæ ueng, cui omnium in cor pertinentium orificiorum maximū esse diximus, seriei enarrationem, à corde perinde auspicari, atq; reliquorum uasorum cordis. Quid enim prohiberet, cauam dicere mox in suo à corde ortu geminam esse, unaq; portione corporis superiora, altera inferiora petere: illinc nimirum auspicato sermone, ubi est amplissima, dein subijcere partem deorsum ductam, secundum iecoris posteriora ferri, atq; ex ipsius anteriori sede iecori ramos porrigere: ad eò ut hac in primis occasione sermo aptior uideretur, quòd cauæ ex iecore constitutionem describere nequeamus, uti supra nõ obiter admonui. Et si prorsus à materiæ quam deferunt progressu esset inchoandum, quum portæ uena tantū succum iecori offerat, unde sanguis, utraq; bilis, &

sup

Aa 2      urina

urina confurgit, eius descriptio ab intestinis esset exordienda. Sanguinis enim quem in eam refluere arbitramur, cum illo succo nulla est in mensura proportio. Quanquam hæc sint eiusmodi, quæ in utraq; partem agi possunt. Ratio autem à membranis uenæ cauæ orificio præfectis, per arteriæ uenalis orificium non nihil retundi posset, si quis minima quæq; in disputationem ducere proposuisset.

De umbilici uena aliquid adijcerem, si uenam in foetus canini mesenterium, & ad lumbos deductam in humano foetu examinasssem. Hinc enim, ut & ab arterijs umbilici, ratio duceretur, non necessum fuisse umbilici uenam in cor inferi; quum scilicet ipsi cauæ uenæ cordi propinquius, quàm foetus arteriæ, magnæ arteriæ (uti etiam nunc semper fit) communicaretur. Quia arteria uenalis per uniuersam ipsius seriem arteriarum modo non pulsatur, uti neque caua uena, inde colligere nõ possemus, cauam à corde non exoriri; imò contrà, Galeni orationem posse dilui. Quanquam interea iecori sanguificationis munus, quod tam prolixè Galenus illi tribuit, non adimam, uti neq; Aristoteles, uel tum sanè, quum lienem quoque sanguificationi præesse diceret. De primo in foetus generatione organo nihil dicā, nam etsi aliorum sententiam facile in multis improbare possem, tamen quod mihi ipsi undiq; sanum esse uideretur, nihil adducerem, adeò de foetus generatione sunt mihi omnia obscura, & dubijs plena. Cuperè nihilominus mihi ad manum rationes esse, quibus Buccaferreus in sanguificationis disputatione Aristoteli fauebat, quum quæ ego nunc proposui, à me inter disseccandum didicisset. Cæterum hæc ferè aliò quàm ad partium fabricam, spectant: ac proinde hinc quoque in disputationem minimè incidam, qua

qua Galenus uentriculum suo, quem conficit, intestinis offerendo succo, enutrir, & iecur partesq; omnes ita in adductam illis materiam agere, ut tandem ueluti excrementiciam, & suæ nutritioni ineptam, dimittant. Quum longe alias facultates actionesq; partibus inesse putem, quibus proprio corpori enutriendo subseruiant, & quibus toti corpori famulantur, argumento ex utero & corde, aut etiã uescis et intestinis potissimum ducto. Verum quia succincta oratione hic me expedire non possem, ad alia me cõferam, quæ tribus aut quatuor uerbis annotasse suffecerit. Huiusmodi est Galeni ratio, qua dextrum renem sinistro elatiorem esse, propter rectitudinem & trahendi promptitudinem, affirmat. Nam, ut non dicam sinistrum nos dextro editiorem subinde obseruare, quid obsecro est, cur aliam rectitudinem in dextro latere, quàm sinistro, cõstituiamus? potissimum, quum utrunq; cauæ uenæ caudicis latus à iecoris substantia æquè complecti, ramosq; iecori oblatos ex anteriori cauæ sede educi, ueræ anatomes studioso constat; neq; quicquam confingere possis, quo hic in cauæ lateribus discrimen occurreret, nisi forsitan quis Galenum impugnaturus, maiorem iecoris portionem ad cauæ sinistrum latus, quàm ad dextrum consistere proponeret, ratione à cauæ situ ductuq; desumpta. Succurrit modò Galeni demonstratio sæpius inculcata, quam ueram irrefutabilemq; esse asserit, ea conficiens glandosum corpus ad initium ceruicis uescis repositum, & uasorum semen deferentium insertionem admittens, semen non generare, quanquam ueteres interim illo semen retineri tantum (ut ex suis uerbis colligi posset) arbitrabantur: uti etiã inter discendum nulla in parte tantū seminis, quantum in

ilisp

Aa 3 ipso

ipso glandoso corpore, obseruamus. Habet autem Galeni demonstratio hunc in modum. Si in glando-  
 sis astitibus semen gigneretur, animalia castrata eius  
 excretionem appetere. at non uidentur appete-  
 re. nullum igitur semen in his gigni perspicuum est.  
 Hæc enim demonstratio, ut parum sanè est anato-  
 mica, ita quantum à decantatis illi & nominatis po-  
 tius, quàm constantibus ueritate demonstrati-  
 bus declinet, is demum non ignorabit, qui expen-  
 det Galenum, etiamsi corpus illud glandosum semē  
 gigneret, materiam ex qua ipsum conficeretur, ab-  
 stulisse. unde enim huic corpori materia in semen  
 commutari apta, offerri posset, quàm à seminarijs  
 uasis, quæ Galenus interim castratione aufert, non  
 animaduertēs similem demonstrationem, imò inua-  
 lidum prorsus & inartificiofum argumentum, de te-  
 stibus posse hunc in modum proponi. Si testes se-  
 mini generando facerent, animalia quibus uena &  
 arteria seminis materiam deferentes, quæ ex magna  
 peritonæi amplitudine labuntur, uinculis interceptæ,  
 aut ita ut testes tamen in scorto adhuc seruari-  
 tur, resectæ essent, seminis excretionem expete-  
 rent: uerùm non expetunt: ergo testes generando se-  
 mini non famulantur. perinde nimirum, ac si testes  
 citra materiam, semen conficere possent. Quòd non  
 dico, quasi Galenum malè glandosi corporis mu-  
 nus assignasse contendam: uerùm ut demonstran-  
 di artificium expenderemus, non ignari, quàm ca-  
 strata animalia non minus interdum, quàm pueri  
 uenerem, sed incassum tamen, appetunt. Quum  
 mammillarum situs rationem inquirerem, non mihi  
 in Galeno placuit, quòd homini eas ex Aristotelis  
 sententia in pectore locatas diceret, ob alimentū in  
 ceteris animalibus in iubas aut cornua absumptum:  
 quasi

quasi quadrupeda, uenis sub pectoris offe deductis, & alijs per pectoris anteriora excurrentibus destituerentur: & perinde ac si hæc ratio illi non similis esset, qua mulierem secus, quàm cætera animalia, nisi equam fortassis, purgationibus menstruis teneri uulgo parum rectè asserimus, quòd illis animalibus excrementitia in cornua, plumas, iugas, squammas dissoluantur: non secus quàm si ceruus, & aries, non proceriora maioraq; aut soli potius in suo genere, cornua obtinerent: dein leo non hirsutior leæna esset, & gallus plumis quàm gallina ornatior. Verùm quia huiusmodi ad Aristotelis problemata magis, quàm ad Galeni anatomica excurrerent, illis est superfedendum. Galenus itaq; præterquam quòd diligentius illum uoluissim cognoscere uenarum interuallum, quæ uterum petunt, & quæ abdominis inferiora accedunt, non mihi rectè uidetur colligere, quando à uenis utero conterminis sanguinem ad mammillas ducit, quòd nullæ essent uenæ in quas illæ promptius sese exonerarent, quàm ipsi constare debebat, quàm exiguæ sint uenæ illæ sursum ductæ, & quàm sint graciles, & quanta cauæ caudicis est amplitudo, & qui rectus occurrit crurum in uenas descensus: accedente huc abdominis tumore, qui sanguinis ductum ad superiora auferret. tantum abest, ut cum Galeno asserere uelim, tumorem, & abdominis tensionem, ad sanguinis ascensum auxilio esse. Cæterum hæc magis ad probabiles & rhetoricas spectant propositiones, quàm ad anatomen, quòd referendæ essent tot uiuorum sectiones, à ueritate ideo abhorrentes, quòd nulli intercostalium musculorum aperiendo thoraci, deducendisq; inuicem costis faciunt, quas si explicare aggrederer, scriptum hoc mihi præter sententiam nimium excresceret, quanquam specimenis

ciminis loco eius saltem meminero, qua apud Galenum nulla alia est uiua sectio celebrior, nimirum qua in libro de Pulsuum usu, & libris de Hippocratis & Platonis dogmatibus, ac aliàs utitur, in qua omnia in collo resecanda docet, quibus cor cerebro communicari posset, siue ea à corde sursum, siue à cerebro deorsum ducantur. Verum si hanc sedulo expenderit, sese offerent nobis duæ arteriæ in dura membranæ primos sinus exhaustæ, ac proinde ex cerebri uasorum serie ad plexum usque secundinis seu extimo foetus inuolucro comparatum materiam cordis offerentes, quas in sua resectione intactas integrasque dimittit. Quanquam eiusmodi non pauca aliàs occurrunt, à studiosis sedulo examinanda, qui sese Galenicos (uti sanè debemus omnes) profiteri uolunt. Nihil enim in omnibus Galeni libris arduum mihi, præterquam in Anatomicis, in quibus Galenus admodum frequens est, occurrere uidetur: adeo ut quum primis disciplinis sumus instituti, pauca reperiamus, quæ præter anatomen nos in Galeni lectione remorentur. Quod mehercule in Annotationibus in Galeni Anatomica apparandis primum

*Quam Vesalij in Galeni anatomica Annotationes fuissent utiles, et quam parum sint posthac expectande.*

experiri coepi, uel expugnantibus ipsius locis, inuicemque uarijs rerum descriptionibus, quales non pauca uel hac epistola proposui, & non raræ etiam de nominum, quæ ipse instituit, obseruatione expenduntur: item de ossium structurarum differentijs: de superioris maxillæ ossium enumeratione: de uertebra utrinque suscepta: de sacro osse: de scapulæ processibus, ac illorum in primis nominibus: de humeri secundum ipsius longitudinem historia: de pedis ossium enumeratione: de musculis palpebrarum: de ijs qui maxillam inferiorem mouent: de musculis ossis uel imaginem referentis: de scapulam, cubitum, brachiale,



brachiale, digitos mouētibus musculis: de octo qui abdomini ascribuntur: de femoris, tibiæ & pedis digitorum motibus præfectis, sanè uarias sententias enarrare in promptu esset, atq; illic facile constaret, quæ post primam editionem libris de Partium usu à Galeno sunt interiecta, & quando is aliorū dissectionis professorum scriptis potius, quàm rei inspectione, usus est: quod à me quoq; assertum Syluius grauius ferre uidetur: si inquam non iustum nimis librum, epistolam instituens tibi, qui meus erga te amor est, & tecum nugandi confabulandiq; libido, descripsissem: quàmuis interim hoc quicquid est, parua confecerim molestia. Iuuat enim supra modū illarum rerum memoria, quas mihi tantis laboribus fordibusq; comparauit: pro quibus sanè aliud longè eram meritis, quàm illorum calumnias, qui quòd illis id studium non æquè successit, & res parato non respondet nomini, suam bilem in me euomunt, tam pestilenter mihi irati, quòd Galeno nō acquiescam, illiusq; causa oculis & rationi fidem omnem non derogem. Miror Syluium, quum iam in literis paulo mitior reddi uidebat, addidisse, se summè cupere, ut id argumentum placidius & aliter tractassem: hic ferè suspicans in Galeno nō omnia esse sana, ac proinde scribit, se uoluisse ea quæ in Galenum adnotanda duxissem, suis libris esse addita: perinde atque ex meis libris sui faciunt discipuli, quos in me stylum acuerere (quū is ille sit, & Discipuli abutatur nomine) studet persuadere. Quasi ego quid melius instituire potuissem, quàm totius humani corporis nouam historiam, quum ab illa omnes tantopere declinassent, & in rerum descriptionibus Galenus, etsi densissimos libros conscripserit, tam parcus esset. Neq; hæcenus uidi, qua ratione studiosis meos labores

Bb melius

melius proponere potuiffem, nulli prorſus ſumptui ut omnia ex ſententia fierent, aliquidq; in commune ſtudiorum ſymbolum pro mei ingenij tenuitate adferrem, parcens. Suadet Syluius, ut meas in Galenum Annotationes (quarum ex occasione in multorum in primo de Adminiſtrandis ſectionibus libro locorum reſtitutione, in capite de muſculis cubitum mouentibus memineram) diu & bene excoquerem: perinde ac ſi propter ætatem, & præcipientem editionem, in meis libris quicquam eſſet commiſſum, cuius modò pœniteret: & non ea ætas uxore, liberis, omnique cura rei familiaris libera, in iucundiffimo ſodalium conuictu, anatomicis tractandis fuiſſet longè aptiſſima. Haudquaquam enim modò Pariſijs in Innocentiũ cœmeterio horis multis oſſa lubens uerſarem, aut oſſium uidendorum gratia ad Falconis montem adirem, ubi ſemel cum ſodali quodam tot interfectorum canum pœnas quaſi dederã, neq; nunc me ſolum Louanio excludi ſinam, ut ſceleto mihi parando mediã nocte oſſa ex palo ſumerẽ. Non modò iudicibus moleſtus ero, ut hoc aut illo ſupplicio homines necari curent, ſiue in hoc aut illud tempus noſtris ſectionibus opportunum conſeruent. Non ſtudioſos omnes ſedulò monebo, ut ubi quis ſepeliendus ſit inuigilent: aut ut qua ualitudine quis in præceptorum quos propter artis uſum comitantur curationibus moriatur, obſeruent (quò grata cunctis tandem obtingeret præda) nunc adhortabor. Non mihi in cubiculum, aut è monumentis, aut publicis ſupplicijs data corpora, etiam ſeptimanis aliquot aſſeruabo: neq; ſculptoribus & pictoribus me ita exercitandum dabo, ut ſæpius ob eorũ hominum moroſitatem me illis infeliciorem eſſe putarem, qui ad ſectionẽ mihi obtigiffent. Quæ omnia

ætās

ætas ad quæstum arte parandum immatura, & discendi cõmuniaq; studia prouehendi libido, facillè et leuiter pertulerunt. Vt meã interim præteream diligentiam, qua tribus integris ut minimum septimanis, me in publicis sectionibus uti uiderunt, qui in Italia mihi anatomen docenti adfuere: quum tamen uno anno in tribus Academijs aliquando id præstiterim, adeo ut si in hoc tempus scriptionem distulisset, & iam primum coctionem aggrederer, mei Anatomici conatus in studiosorum manibus haud uersarètur: qui num recocto Mesue, uel recocto Gatina, uel recocto nescio cuius Stephani de morborum differentijs, eorundemq; causis, & symptomatum differentijs, causisq; tabulis, uel demũ recoctæ parti pharmacopolarum Seruitoris, à posteritate præferentur, nescio. Quod uero attinet ad Annotationes, quæ in ingens uolumen excreuerant, illæ cum integra in decem libros Rhazes ad Almanso-rem regem paraphrasi, multò diligentius quàm illa quæ in nonum librum prostat à me conscripta, & libri cuiusdam de medicamentorum formulis apparatu (in cuius materiam multa meo iudicio non inutilia congesseram) una die mihi interierunt, cum omnibus Galeni libris, quibus ego in discenda anatomico usus eram, quosq; ut sit, uariè commaculauerã. Quum enim aulam aditurus, Italiam relinquerem, atq; illi quos nosti medici, de meis libris omnibusq; quæ hodie promouendis studijs eduntur, apud Cæsarem, & alios quosdam magnates pessimam fecissent censuram, ea omnia (in posterum manus facillè à scribendo cohibiturus) cremaui: etsi nõ semel interim, eius petulantia me poenituerit, meq; amicorum, qui aderant, monitis non stetisse, doluerim.

b Quanquam de Annotationibus eo nomine non  
 Bb 2 mediocriter

mediocriter gaudeam, quòd nulla eas emittendi cupiditas (etsi ad manum essent) me capere debeat, quàm facile augurari possim, quàm illæ mihi omnes infestis reddidissent, si modò tam pauca, quæ casu in meos libros Galeni placitis pugnancia irrepererunt, adeò multis stomachum commouerint, totòque Galeno patrocinando, annis tribus, imò ante meorum librorum editionem, sese accinxerint: qui tandem semel opinor, tanto hiatu apparatus, studiosis communicabunt, & non breui duntaxat epistola, calumnijs turgida, citra locorum omnium explicationem, prodibunt. De Galeni libris nihil doleo, quum illi in eorum manus fortè peruenissent, qui malè à bene in marginibus scripta, haud ualuisse distinguere. Es enim, opinor, haud ignarus, quàm multa in scholis sub præceptoribus, aut quum primum aliquid legimus, in librorum marginibus scribere solemus, quæ postea uidentur nobis ineptissima, & ridicula. Ego ex me uel inde coniecturam facere possum, quod Galeni librū de Ossibus uel ter studiosis prælegerim, priusquam mendam aliquam Galeni annotare ausus fuisset: quum tamen nunc satis nequeam mirari meam stupiditatem, qui, quæ scribebantur, tam parum assequerem, & ipse meis oculis ita imponerem. Quia uerò in paraphrasi paranda plurimum oblectatus eram, in Arabum cum Galeno cæterisque Græcis in ijs artis partibus, quas Rhazes singulis libris pertractabat, collatione, illam mihi perijisse grauius fero: uel aui mei Euerardi nomine, cuius in eos Rhazes libros non indoctam habeo commentationem, præter in quatuor priores Hippocratis aphorismorum sectiones commentaria, & nonnulla mathematica, quæ eum hominem singularis ingenij fuisse attestantur, quum interim non semel à patre

à patre meo piæ memoriæ audiuerim, illum, quum iam attauit mei Ioannis, apud Mariam Maximiliani imperatoris coniugem in medendo uices obire cœpisset, nondum annos natum triginta et sex, ad superiores commigrasse: Ioanne adhuc multis dein annis superstite, & medicinam Louanij in extremo senio ætateq; ad aulam inepta docente. Cui Petrum patrem medicum fuisse, ex ipsius scripto in quartam Fen Auicennæ, & dein libris quibusdam suo nomine inscriptis constat, qui inter eos reperiuntur, quos mater mea adhuc seruat: in quibus maximis (sed nunc inutilibus) sumptibus, omnes libros descriptos habemus, qui illius æui medicis erant familiares. Horum parentum recordatio, memoriaq; mihi fuit admodum iucunda & pia, quum Noueomagi in antiquissima & celeberrima Cliuæ Vuesalia, unde sunt oriundi, VITINGORVM familiæ monumenta obseruare licuit, quum illic tam diu à Cæsaris abitu mihi fuit, propter aduersam D. Nauagerij ualitudinem morandum. Quod itaq; ad me attinet, nullo opus habebam ad coquendas in Galenum Annotationes hortatore: quanq; ex his quæ Syluio respondi, colligi posset, quam non fuissent studiosis omnino inutiles, nisi forte ideo uenissent damnandæ, quod multorum in anatome oscitantiam aperuissent, qui in illa magnum nomen sibi uendicarunt. præterquam quod annotationibus ostenderam, tertium morbi genus in solutione continui positum, aliò quam à Galeno, rectè fuisse à ueteribus reductum: Galenumq; eos immeritò hac in parte, uti & aliàs sepius, culpasse. Deinde nonum temperamentum ex Chryssippo sumptum esse, autoritas à Galeno alibi posita, arguere monstrabatur. Insuper diuisiones aliæ quæ in arte medicinali, suæ ipsius methodo haud

22 d r o s i

Bb 3

respondere

respondere, ostendebantur: præter alia, quorum nunc non est recensendi locus, quæ argumento fuissent, me non ex aliorum recoctis laboribus, novas mihi texere corollas consueuisse: aut ea quæ alijs scripta essent, nescio quo dictionis splendore ornata, transposita uel (ne dicam obscuriora reddita) tanquam mea proferre. Et quis obsecro animus cuiquam ad lucubrationū suarum editionem esse possit, quum nullibi desint, aliorum laboribus destruendis insidiantes: uti uel Anglia nunc ostendit, ubi figuras Epitomes meæ, adeò obscure & citra picture artificium, non tamen absque sumptu, quisquis tandem illum tulerit in ære, sunt imitati: ut pudeat aliquem arbitrari, à me ita exiisse. Nam, ut alia taceam, uasorum ductus, quos meo Marte in libris meis delineatos amicis constat, usque adeò sunt deprauati, ut uix ullum meæ diligentiae specimen uideam. adde, omnia in Anglia citra proportionem turpissimè immutata, quum tamen eiusmodi effigies nunquam satis magnæ proponi possent. Miror ineptissimos illos imitatores non obseruasse, à me, quum rationem diplomatum, priuilegiorum uel mihi cōcessorum exponerem, scriptum, typographis lubentius multò figuras me concessurū, quàm ut ab alijs eas parum eleganter imitari uelim. Et si id tum ex animo scripsi, nunc sanè idem optauerim omnibus magis: ideò indicatum, quòd uel maximā potius rei familiaris iacturā pati uelim, & nescio quid ad editionis elegantiam lubētius suppeditare, quàm ut ita turpiter mea non uulgari labore mihi parta uitarentur: quæ interim quisque tanto meliora esse putabit, quo turgidiores tituli, & plures unà autores, nouis editionibus proponentur. Ego, ita Dijs mea secudent, nullam omisurus sum rationem, qua alioquin illis imitatoribus

tatoribus, et qui aliorum conatibus, quū ex sese nihil noui emungere possint, insidiari solent, obesse poterō. Interea ualebis, & me cōmunibus amicis commendatum habebis: ac literas ad illos tuis his iunctas, dandas curabis, ipsis hoc quicquid in scribendo mihi absumptum est laboris (modò id abs te petierint) lubens oblaturus. Ratisponæ,

Idibus Iunij: Anno Salutiferi partus

M D X L V L

Tibi addictiss. Andreas  
Vesalius.

ITA

200 ITALICVM SCRIPTVM,  
QVOC HYNÆ PROP  
NANDI MODVS PER  
tractatur, ita hic additum, ut ab Andrea  
Vesalio Ioachimo Roelants  
missum fuit.



CCVR  
rit non se  
mel, erudi  
tissime Ioa  
chime, cū  
decocti ra  
dicis Chy  
næ propi  
nandi, ap  
parandiq;  
modum in  
literis tibi  
enarrarē, I  
talici cuius

dam scripti mentio, quod perinde atq; in nostram  
aulam uarijs missum fuit, ad te quoq; transcriptum  
do, ut quantum nobis de hoc nouo & multis iam ce  
lebrī medicamine, per manus traditum sit, cogno  
scas. Et quamuis amicorum gratia, id latinitate do  
nauerim, italicè tamē (uti ego id nactus sum) mitto,  
quòd te eius linguæ haud esse ignarum, nouerim;  
quodq; hac ratione futurum sit, ut autoris (quisquis  
ille tandem empiricus fuerit) mentem exactius, accu  
ratiuscq; expendas, tuoq; uoto à me satisfactum esse  
arbitreris. Quanquam & istud ex Hispanico idio  
mate traductum, uix dubito: quandoquidem no  
bis Hispanorum præscriptio, ad manum quoq; est,  
simul cum nugacis Spartæ parillę decoquendi & ex  
hibendi



hibēdi modo. Verūm hispana descriptio, multo est  
præsenti Italica succinctor, & magis mutila, & ab  
artis methodo quibusdam locis aliena.

REGIMENTO PER PIGLIAR  
L' AQA DE LA RADICE  
DE CHYNA.



**S** I purgara in principio, mezo  
& fine, per consiglio del suo fisi-  
co, il quale hauera rispetto ala  
dispositione in che si trouara il  
patiente. Pigliara oncie uinti  
quatro de ditta radice, la qual  
si partira in uinti quattro parti, per far ogni giorno a-  
qua fresca. et quella che uorrai metter à bollire doma-  
ne, il giorno auanti la farai in piccoli pezi, & piu sotile  
che potrai, et si mettera in un poco d' aqua, lasciando  
la in infusioe sino al giorno sequēte. et alhora essa radi-  
ce et infusioe la meterai in una pignatta noua et in essa  
tre bocali d' aqua di pozzo, et la lasciarai bollir tãto  
che cōsumi la terza parte. La pignata ha da esser di  
grãdezza, che bollendo nõ uada fora, la quale ha da  
esser sepre coperta, acio che la uirtu nõ uada fora, &  
di poi cotta et leuata dal foco, bisogna compãni grossi  
tenerla stufata, a fin che la nõ si rafredi in tutto, et biso-  
gna che ogni giorno si faccia fresca, per che altrimēte ue-  
rebbe acetosa. Et sel patiēte nõ potesse hauer benefi-  
cio del corpo, mettera per ogni cocitura di essa aqua  
mezo ottauo di oncia di radice de apio cotta con essa  
radice. Et pigliarai di questa aqua nel far del gior-

arroio

Cc no

no stando in letto un grande bichiero calda & dipoi  
 bẽ coperto si stara in letto, et fara forza di sudar per  
 spatio di due hore, & quanto piu sudara, piu profitto  
 li fara & dipoi fatosi sciugar, si leuara & si guardara  
 dal uento essendo ben uestito & specialmente insino a  
 sette o otto giorni, che il corpo andara mouendosi. &  
 se dipoi passati li otto giorni uorra andar fora, lo po-  
 tra far guardandosi dal uento, e andando ben coper-  
 to de panni. & tutto il giorno quando uorra beuer, be-  
 uera di detta aqua, la qual ha da esser tepida: & quan-  
 to piu calda sarã tanto meglio. Mangiera polastri o  
 caponi, boliti senza sale. si guardara da uino agro, e  
 da ogni cosa acetosa sino ali quatordecì giorni: non  
 mangiera nẽsun arosito. Potra mangiar di tutte le sor-  
 te di cõserue, & cotignate fatte sul dolce, nõ mangiera  
 cose di latte, & mangiera cotignate doppo il m̃giar  
 o altre cose, che faciano bauer beneficio del corpo, spe-  
 cialmente il mele, che e, la miglior cosa che, si possa  
 mangiar, la qual si puo mangiar da tutti li tempi, &  
 di tutto si ha da mangiar sobriamẽte, perche si giudica  
 che la dieta faccia altro tanto beneficio & opera che  
 fa l' aqua: Non si ha da beuer uino ne brodo ne al-  
 chuna cosa tanto che durano li uintiquatro giorni che  
 la detta radice dura: & in questo tempo bisogna  
 guardarsi dal coito: Da poi che l' aqua sarã tutta cot-  
 ta et dispensata detta radice, quelli piccoli pezi si met-  
 teranno a seccar al sole o in altra parte, doue si possa  
 no seccar, & dipoi che saranno secchi, si farãno in piu  
 piccoli pezi: & due onze d' essi si poneranno in la quan-  
 tita d' aqua sopra ditta, et si fara cocer come di sopra  
 e ditto: & di quell' aqua sene beuera altri otto, o dieci  
 giorni

giorni di piu de li uintiquatro. Et se quello che prendera detta aqua hauera piaghe, metterà sopra solamēte panni bagnati in detta aqua, in tãto che stàra in casa: & nel tempo che uorra andar fora, li metterà qualch' altra cosa ch' non bagna, & tornato ritornerà à metter detti pãni bagnati: & spesse uolte lauara le piaghe cõ detta aqua, la qual aqua ha fatto tal opera in piaghe, che non puo esser meglio. Non mangiera pesce di alcuna sorte: non obstante che alchuna uolta il bon pesce, non si prohibisse, & cosi lasseno che sel paziente sia fiacho, possa beuer uino adaquato con detta aqua, lo lasseno anco mangiar di tutte le cose che diano nutrimento: Et uietano generalmente tutte le cose sequente, come sono le donne, aceto, sale, cose acetose, herbe, carne di capra, ò caprone, ò gallo, & di tutte le ditte cose saluo rostito, che per quindici giorni non lo confestino. Da li sette giorni inanzi cominciarà doler si molto in li lochi doue sarà patiēte: & il dolore andara crescendo sino ali quatordecì, ò quindeci: et dipoi si trouara bene & le piaghe sarãno sane (piacẽdo à dio) perche la uirtu di questa radice è grãde, & il paziente si debbe sforzar di compir el regimẽto, & beuer la detta aqua la matina molto calda è il resto del tempo tepida, & sforzarsi di sudar, perche quanto piu sudara meglio si trouara, & hauerà miglior uoglia di māgiar. Et quanto piu giorni pigliara dela detta aqua fatta per il peso & mensura sopra ditta, restara piu sano, & li fara piu profito per il corpo, & purgara le parte interiori senza far spudar ne per beneficio del corpo, ma per special uirtu che tiene ditta radice. Da li sette giorni poi hauera con

Cc 2 fatica

fatica beneficio del corpo, il qual s'ha da iutar con ser-  
uitiali, nõ però di spetiali ne di cosa loro, ma solamēte  
composti d'aqua di cicoria, ò di boragine, con olio ro-  
sado, ò uero comune con sale. & questo ordine sara  
per sei, ò sette giorni. si se uedera che habia bene-  
ficio del corpo, non lasciera di andar fora, ma guar-  
disti dal uento, & sia ben uestito, chome di so-  
pra hauemo detto.

I L F I N E.

# R E R U M E T V E R B O R U M I N D E X.



A	
Bdominis muscoli ridi- culè quibusdam pannis culi carnosì uice habiti pag. 56	sus 92.123.124.134
Acetabuli nomen ad tria relatum 89.90	Aristotelis de quadrupedum pede placita cuiusmodi 108
Acetabuli nomine quid intellexerit Hip- pocrates 89.90	Aristotelem calumniandi studio nimis de- ditus Galenus 186
Achyna 18	Arterialis uena à cauaeducta 126
Acoro similis Chyna radix 19	Arterialis uenæ orificium 126
Adeps cur albescat 181	Arterialis uenæ ortus. 185
Adeps hominis cuti substratus, Galeno non obseruatus 56	Arteriæ uenalis orificium an magnæ ar- teriæ orificio minus 144
Adeps inter cutem et carnem membra- nam reposita homini, Galeno ignorata 14 79	Arteriali uenâ nil prorsus cum iccore commune 187
Adipis inter simian et hominem discrimen 55	Arteriæ magnæ ortus et distributio. 185
Adipe nullum corpus humanum destitui 55	Arteriam soporalem non integram in ca- put ferri. 147. eiusdemq; forma men Galeno ignoratum 148
Albins Anatomia studiosus 176	Arteriarum ad cerebri basim plexus. 93
Anatomicorum nostræ ætatis celeberrimum cur nulla à Vesalio facta mentio. 177.178	Arteriarum caudex à corde 185
Anatomicorum ueterum diligentia parum prohè à Galeno reprehensa 116.117	Arteriarum descriptiones aliquot falsæ apud Galenum 122.124
Angli cuiusdam ineptæ Epitomes Vesali- anæ imitatio 4.199	Arteriarum seminalium an par cum uen- nis origo 138
Animi affectus Chyna utentibus quales competant 31	ex Arteriarum serie desumpta loca, quibus Galenum non secuisse homines col- ligitur 69
Antonius Zuccha 12	Arthrodiæ 97
Apij radix 30.31	Articularis morbi remedium ex chamaedry- os decocto 36
Appendices ossium paruum rectè à Gale- no descripti 96	Articulari morbo omnes corporis artus infectari 16
Appendicum ossibus datorum usum non rectè affectus Galenus 149.150	Assistens glandosus 87
Aqua cuiusmodi ad Chynæ decoctum opti- ma 23.24	Auerroï defensio à Galeni calumnijs Ari- stoteles 184
Arabes medici non prorsus ex studioso- rum manibus excutiendi 46	Axillaris uenæ in duos truncos partitio. 57
Aranziæ principis uiscera Vesalio inspe- cta 176	B
Aristoteles ab Auerroce contra Galenum defensus 184	Bellicarum rerum maxime tuta celeritas. 5
Aristoteles de communibus studijs multo melius quam Galenus, meritis 144	Belloarmati Senensis iureconsulti à Vesalio dissecti historia 173
Aristoteles perperam à Galeno rephren-	Bernardus Nauagerius Venetorum ora- tor 11.197
	Bilis in uentriculum iniectio 175
	Bilis uesicula duorum pugnorum magna tudine 175
	Bilis uesiculae lapilli 174.175.176
	Bovum penis à Galeno descriptus 85

Bonum tantum cerebrum, non hominum, à Galeno inspecta	92.93	proprius	152
D. de BOSSV	17	Carolus Imperator cuiusmodi prandio et cœna uti solitus	15
Brachialis articulus ad radium solum relictus Galeno	155	Carolus imperator & Chynæ & Guaiaci decocto uti solitus	12.14.15. inde. 26
Brachialis cum cubiti ossibus articulus	103	Carolus imperator in bellicis occupationibus optimè ualere solitus	15
Brachialis musculorum usus parum rectè & Galeno obseruatus	164	Caroli Imperatoris articularis morbus	14.37. respirandi difficultas 15.28
Brachialis ossis consideratio	54	Carolo Imperatori frustra nimis multa à medicis præscribi	37
Brachialis ossa fungosa, & medulla operata	105	Cartilago radij, ulnam à brachiali interdiuidens, Galeno neglecta, ut aliæ quoque	105
Brachij motores musculi	160	Cartilagineum in iunioribus ad symphysin concurrere	97
Brachium mouentium aliquot musculorum consideratio	113.114	Cartilagineum superiorum costarum falso ossis Galeno descriptæ	53
Brachij uenarum obseruatio. uide Cubiti		Cartilagineum uertebrae ligamentum.	116.117
Buccaferreus anatomie studiosus	176	Castrata quoque animalia uenerem interdum appetere	190
Buccaferrei pro Aristotele de sanguificatione disputatio	188	Cauæ uenæ initium. 122. caudex, & ramorum series. eod. 123. 124. 125. inde	
C			
Caluaria hominis Galeno non examinata	48	Cauæ uenæ orificium duplo amplius arterie magnæ orificio	144
Caluarie artificium parum rectè à Galeno obseruatum	99	à Caua uena propagines uentriculo, omento, mesenterio aut intestinis offerri, falso proditum	134
Caluarie foraminum inter hominem & simian discrimen	47	Cauam uenam ex icore, non autem à corde pronasci, falso à Galeno asseri.	182
Caluarie foraminum usum non affectus Galenus	149		183
Caluaria contentorum descriptiones falsæ apud Galenum	145	D. Caualius Cæsaris medicus	12.16
ex Caluaria contentis rationes, non secusis homines Galenum	92	Centaurij maioris radix	38
Calumniandi nimium quorundam studiū taxatur	178.179	Cento appellatus Arabibus uenarum cursus	139
Capparis radix	20	Cerebelli constructio	146
Caput mouentium musculorum secundū par	94	Cerebelli situs & conformatio	92.93
Capitis cum uniuersa ceruice motus parum rectè Galeno consideratus	150	Cerebello non rectè attributi tot neruorum ortus	130
	151.152	inde	
Capitis foraminum historia	100	Cerebrum qua ratione duplex statuerit Galenus	180
Capitis in gyrum motus	153	Cerebrum quatenus continuum	146
Capitis motuum autores musculi quid in homine & simijs differant	58.59	Cerebri os in homine nullum	99
in Capitis motibus describendis lapsus Galenus	159	Cerebri reuolutiones nutritionis ipsius gratia factæ	180
Capitis ossium aliquot descriptiones parum ueræ apud Galenum	98.99	Cerebri uasorum parum diligens apud Galenum descriptio	127
Capitis super primam uertebrae motus		Cerebri uentriculorum consideratio.	147

I N D E X.

Et eorundem membranæ	cod.	poris anni obseruationem, quàm usum	
Cerebri uentriculorum descriptio	128	Guaiaci.	27
Cerebra boum, non hominum, à Galeno		in Cibi pondere ægris permittendo quate	
inspecta	92.93	nus liberum esse debeat medici iudicia	
Chamaedrys, humilis quercus	37	cium	29
Chamaedrys decoctum	36.37	Clauicula etiam simiam cum homine do-	
Chyna qualis ad usum seligenda	19.23	nari, præter alia animalia	54
Chyna unde aduehatur 18. Et ubi repe		Coccygis ossis Galenum de Vsu partium	
riri solita	19	nullam neq; in simijs, neq; in hominib;	
Chyna quo successu multi sunt usi 12. inde		cognitionem habuisse	52
Chyna utentes, acere quoque sub tepido uti		Coccygis ossis in homine et simia discri-	
debere	27	men	49.50.51
Chyna utentium somnus et uigilia cuius		Colum humiliori tantum uentriculi regio	
modi 27. item motus et quies, et		ni attensum, non superequitare uentri-	
excrementorum cura	30	culo	134
Chyna utentibus cuiusmodi uictus ratio		Colum intestinum nullam mesenterij par-	
competat. 27.28. item quales animi		tem in homine obtinere	69
affectus competant	31	Coli intestini historia	134
Chyna utentibus quis potus ex usu sit.	29	Coli intestini anfractus uersus umbilicum	
Chyna	18	à Galeno præteritus	81
Chynæ cur tam exigua quantitas in tam		Coli super lienem reuolutio	81
copiosa aqua elixari solita	27	in Continui solutione positum tertium mor-	
Chynæ decoctum facile corrumpi	24	bi genus rectè aliud à ueteribus, quàm à	
Chynæ decoctum in quibus à decocto Gua		Galeno reductum	197
iaci differat	14	Cor humanum nullo osse donatum	53
Chynæ decoctum quibus potissimum exhibi		Cordis alius in homine quàm canibus et	
bendum. 22. et quomodo	23	simijs situs. 91. Galeno non comme-	
Chynæ decocti primi apparandi sumen-		moratus	92
diq; modus. 23. item alterius	33	Cordis ceruini ossea substantia	53
Chynæ decocti color	22	Cordis constructio per functionem Galeno	
Chynæ decocti in ulceribus abluendis us		tractata	44
sus	34	Cordis dextro uentriculo destituta anima	
Chynæ decoctio primo quandiu utendū	32	lia pulmone carentia	186
Chynæ decoctio usus Cæsar. 12.14. et quo		Cordis inuolucrum 91. septo conuati	71
modo. 15.26.29. et quantum eidem pro		Cordis inuolucri et basis descriptio cuius	
fuerit	15	modi apud Galenum	143
Chynæ decoctio utentes etiam tentigine ue		Cordis mucro cur crassus, et insigniter	
xari	32	carneus	180
Chynæ forma	19	Cordis uentriculorum ratio. 180. et us	
Chynæ nimis multa ridiculè ascribi	21	sus, quomodo Galeno comprehensus.	
Chynæ primi decocti cuiusmodi quantitas		codem.	
offerenda, et propinandi tempus. 24.26		Cornarij et Fuschij mutua conuicia	179
Chynæ propinandi modus Italico scripto		Cornarium Galeni et Aristotelis loca à	
propositus	200	Vesalio notata, purgaturum aliquan-	
Chynæ radice historia	18. inde	do, Dryandri testimonio	178
de Chynæ radice scribendi occasio	12	D. Cornelius Cæsaris medicus	12.16
Chynæ sapor, aut odor, nullus	20	Cornua in utero cur dicta	85.86
Chynæ usus in Italia minus celebris	13	Coronalis uenæ ortus	127
in Chynæ usu minus necessariam esse tem		Coronales uenæ an due	126

COSMVS

I N D E X

COSMVS Tuscorum Dux precipuus nunc denud collabentium disciplina		ptio n6. eorundem usus Galeno igno	
rum Mecenas	40	ratus	162.163
Cosmi Ducis adhuc pueri precipitium	7	Dura membranae processus	145
Cosmi Ducis erga literarum cultores studium 5. eiusdem laus. ibid. & inde		Dryandri ad Ioannem Eccium literae	177
Cosmi Ducis in illustranda Pisarum academia studium	140	B	
Cosmi Ducis liberalitas	8	Echina	18
Costae an omnes duobus ad uerteras articulis coarctentur	49	Edendo aliquid, sese oblectantes, infelices	40
Costarum nexu	102	Egmondana Comitissa	141
Costarum uerarum cartilago ossa in senibus tantum	53	Enarthrosis	97
Costas omnes à uena coniuge destituta in hominibus enutriti	73	ἐπιπλονομιγὰι cur dicti homines	79
Cubiti uenarum in plerisque discrimen	75	Eucrardi, Vesalij aui, in Rhazeni & Hippocratis Aphorism. commentaria.	196
Cubitum extendentes muscoli parum rectè à Galeno obseruati	62	Buripides tenere à Galeno. reprehensus	109
Cubitum flectentium anterioris musculi principium parum rectè à Galeno descriptum	121	Exotica stultè domesticis praeferrunt. 20.36	
Cubitum mouentium musculorum historia uariè à Galeno tradita.	164.165	F	
Cyna	18	Facultas specifica & essentialis	22
D		Falconis mons Parisijs	194
Dentium cauitas quoque neglecta Galeno	100	Faucium glandula	145
in Dentium radicibus enumerandis nõ per omnia uerum esse Galenum	100	Femur quadrupedibus nostro proportio natum obtigisse	108
in Digitorum articulis maximum discrimen	105.106	Femur mouentes musculi. 121. eorundem in simijs & hominibus discrimen	63.64
Digitorum flexionis autores tendines.	163	Fibrarum historia	145
Digitorum motus lateralis non obseruatus Galeno	155	Fibula humero longior	103
Digitorum ossa falso solida esse, Galenum prodidisse	100	Fetus inuolucra. 142. inter canem & mulierem diuersa	143
Digitorum ossa non parem cum digitis formam obtinere	105	de Fetus generatione omnia obscura, & dubijs plena	188
Digitorum tendines	117.118.119.120	Foetui peculiare arteriae acueae	82
Digitos mouentium musculorum insertio non rectè à Galeno tradita	106	D. Franciscus Campanus, Cosmi Tuscorum Ducis secretarius	6.175
Digitos pedum mouentium musculorum tendines	65.67	Fuchsij & Cornarij mutua conuicia	179
Doria Cardinalis	37	G	
Dorsalis medullae initium, & cum cerebelli nexus	130. inuolucra	Galenus alicubi seipsum corrigit	158.
ortus	146	Galenus aliorum dissectionis professorum scriptis potius, quam rei inspectione usus	193
Dorsum mouentium musculorum descriptio		Galenus Aristotelem calumniandi studio magis quam sectioni deditus	186
		Galenus, Atticus	84
		Galenus in cauae uenae per thoracem serie describenda parum sui memor	72
		Galenus quantum obseruetur à Vesalio	145
		Galenus sibi ipsi interdum contrarius	72.73
		Galenus simiae historiam utcumque affectatus	52
		Galeni	



I N D E X.

Galenus Anatomicorum à Vesalio inter legendum Annotationibus illustratorum interitus	195.196	cam, & illius partium usus confinxisset	181
Galenus argumenta aliquot in Anatome parum ualida	181. inde	Galenus ueteres temere reprehendisse, quod homines, non aut cum ipso simias secuisent	93.94. inde
à Galeni calumnijs defensus Auerrois Aristoteles	184	in Galeno nihil ferè arduum occurrere, præterquam in Anatomicis	192
Galenus de Administrandis sectionibus liberos incendio perisse	159	Gallico morbo laborantibus quatenus uti le Chynæ decoctum	22
Galenus in Anatomicis lapsus	45	Geldricum bellum	176
Galenus laus	44	Genus articuli examen, quale apud Galenum	107
Galenus de Ossibus liber	55	D. Gerardus Velduick ad Turcam legatio	19.38
Galenus de Ossibus liber quoties à Vesalio studiosis prælectus, antequam illum in ipso erratum deprehenderet	196	D. Gerardus singulare simplicium medicamentorum studium	37
Galenus diuisiones aliquot in Arte medicinali, suæ ipsius Methodo parum respondere	197	Gingiber emplastica terra obduci solitum	19
Galenus in libro de Ossibus, neruorum descriptio ad simias, non homines referenda	77	Ginglymos	97
Galenus de Vsu partium libri ut eleganter scripti, ita multis erroribus referti.	181	Ginglymò minus luxationi subijci, quam in articulationem	106
Galenus locorum pugnantium, & alioquin Vesalio obseruatorum enumeratio	192	Glandosi corporis ad uentriculi orificium siti usus	172
Galenus ridicula de glandosis astutibus argumentatio	190	Glandosi corporis duodeno intestino atensi examen	133
Galenus, citra optimas rationes, non facile assentiendum	162	Glandosum corpus ad uescicæ ceruicis initium, semen non generare, quomodo à Galeno probatum	189.190
Galenus etiam simiarum fabrica leuiter obseruata	47	Græcorum impostura	95
Galenus excusari potius quam taxari, cum ad simias illius descriptiones potius quam homines pertinere astruitur	95	Guaiaci decocti propinandi tempus	24
Galenus non hominem, sed simias dissecuisse 7.57. & hominis anatomem nunquam spectasse	70	in Guaiaci decocti assumptione cuiusmodi uicij ratione utendum	17
Galenus homines non secuisse, sed aliorum animalium historiam hominis loco docere	46. inde	Guaiaci decoctio usus Cæsar	14. 26
Galenus internas, & in alto latitantes brachij uenas, in homine non uidisse.	75	Guaiaci decoctio utentibus cuiusmodi animi affectus competant	31
Galenus in partium historia non omnia rectè tradidisse	95	Guaiaci decoctum in quibus Chynæ decoctio præstet	18.26
Galenus plurimi fieri apud Italos	46	Guaiaco adijci solita medicamenta	34
Galenus plerumque in Anatome scripsisse, que nunquam uidisset, & falsa tantum imaginatione fingeret	161	Guaiaco stulte Chynam præferri à quibusdam	21
Galenus Promethei more corporis fabricam			
		H	
		Domini de Haluin uiscera Vesalio inspecta	176
		Hippocratis locus perperam à Galeno intellectus	71.72
		Hippocratis sententia de summo humore hominibus tantum concessio	54
		Hippocrati contrarius Galenus	124
		Hominis à simia in uasorum digestionem ducti ueuariatio	69
		D d      Homini	

I N D E X

Homini non longissimus, sed breuissimus	Ioannes Baptista Recasulanus	6
pes datus	107.155	Ioannes Bccius, Coloniensis medicus
Homeri locus	65	Ioannis Medices memorabile factum
in Humeralia uenae ortu erratum haestus	75.76	Ioannes Vesalius Mariae Maximilianae Imperatoris coniugis medicus
Humeri secundum longitudinem ipsius ad	54	Ioannis Guinterij medici laus
pud Galenum descriptio	53.54	Italorum in Galenum obseruantia
Humeri summi appellatio	103	L
Humeri tuber interius et exterius	103	Laryngis communes musculos octo per
Humerum post femur omnium ossium maximum falso Galenum astruere	103	peram à Galeno numerari
Hymenaei appellatio	140	Latruncolorum usus
Hymenaei in puellis et adultioribus obseruatio cuiusmodi	139. inde. et 142	Lienis cum uentriculo nexus
Hypolapathum pro rheobarbaro in horatis nostratibus coli	33	Lienis situs 131. et ad uentriculum nexus, Galeno ignoratus
I		Lienis usus
Iacobus Scepperus	3	Lienem iecoris officio interdum fungi.
Iecur hominis continuum corpus, neque in fibris dissectum	81	173
Iecur humanum Galeno non obseruatum	82	Lienem quoque sanguificationi praesse.
Iecoris apud Galenum historia parum uera	135	188
Iecoris functione sua aliquandiu destituti consideratio	174. 175	Ligamentum iecur septo transfuerso nectens
Iecoris in fibras diuisionis autor an censendus Galenus	135	Ligamenta cur alba
Iecoris in homine ad anteriorem peritonaei sedem nexus	82	Ligamentorum historia Galeno in hominibus non obseruata
Iecoris lobi uentriculum amplectentes	81	in Ligamentorum historia aliquot non bene assignati usus et functiones. 156. inde
Iecoris sanguificationis munus	188	Ligamentorum materia musculo ad quid data
Iecoris scirrhus	175	Linguae musculi
Iecori an omnes uenae communes	187	Loliginum acetabula
Innocentium coemeterium Parisys	194	Ludouicus Panizza medicus
Intercostalium musculorum nullos aperiendo thoraci, deducendisque inuicem costis seruire	181	L V D O V I C V S S A N A C E S Siciliae regens
Intercostalium musculorum usus Galeno ignoratus	161.162	de Lumborum carnibus diuersa à Galeno sententia
Intestinum canum à Galeno pro hominis intestino descriptum	81	Lumborum uertebrae processus
Intestini caeci in homine et alijs animantibus discrimen	80. item in canibus et simijs caudatis eod. et 81	Lunae mons in uola cuiusmodi musculus.
Intestina hominis Galenus canibus et simijs respondere arbitratus	81	119
Intestinorum principium in elatissima dextri lateris sede	132	Lusus quales Chyna aut Guaiaco utentibus conueniant
Ioan. Baptista Gastaldus	14	M
		Mammillarum situs ratio parum scitum à Galeno tradita
		Manus in obliquum motus
		Marzilius Colla
		in Mastiteris usu et descriptione falsus Galenus
		Maxilla hominis breuissima
		Maxillae pueruli ex duobus ossibus per symphysin coalitus
		in Maxilla

I N D E X.

in Maxille superioris descriptione, Gale no non acquiescendum. 101	Musculi substantia præcipua caro 156
Maxillam hominis inferiorem nulla co- sione dissolui 48	Musculum non esse natura medium inter ligamentum & neruum 110
de Medicamentorum formulis liber à Ve- salio cœptus 195	Musculi aliquot simiarum, à Galeno falsè sò etiam hominibus attributi 57. 58
Medicum familiæ erga literarum cultus res studium perpetuum 6	Musculi ossa mouentes an tendinibus præ- uentur 112
ad Medicum pertinere uel præcipuè mas- nus officium 39	Musculorum aliquot historia, in quibus te- mcre ueteres reprehendit Galenus 94
Medicorum quorundam uulgarium depræ- uatum de eruditionibus iudicium 40	Musculorum dorsum mouentium aliquot Galeno neglecti 116
Mellis esus Casari hyeme familiaris 28	in Musculorum historia aliquot non bene assignati usus & functiones. 156. inde
Mellis esus Chyna utentibus cuiusmodi cõ- ueniat 28	Musculorum insertiones non rectè à Ga- leno obseruatæ 114. 115. 119
Membrana licni & uentriculo commu- nis 136	Musculorum quorundam in simijs & ho- minibus discrimen 58. 59. 61. 62. 63
Membrana musculorum sedibus adna- scens, Galeno non obseruata 120	Musculis adnascens membrana Galeno non obseruata 120
Membrana carnosâ 55. 56	Musculos caput mouentes à Galeno in si- mijs tantum esse dissectos 58. 59
Membrana carnosâ inter hominem, ca- nem & simiam discrimen 57	Musculos laryngi communes perperam à Galeno octo numerari 112
Membrana costis succingentis usus. 172	Musculos non omnes ab osse originem du- cere 112
Membrana duræ sinus 127	N
Membrana cur albæ 181	Nauagerij ualetudo Vesalij curæ con- missa 197
Memoria rerum magno labore partarum iucundissima 193	Nerui ad animale uim usus 156
Menstruæ purgationes in uirginibus cu- iusmodi 142	Nerui portio ligamento minor 110
Mondini panniculus carnosus 57	Neruorum cum tendine & ligamento di- scrimen 111
Monialis sectio 140	Neruorum differentia parum rectè à Ga- leno obseruatæ. 77. inde
Motus quomodo retento sensu, perire que- at, & contra, questio 170	ex Neruorum historia desumptæ aliquot non ueræ Galeni descriptiones 128 129. inde
Mulier cur secus quam alia animalia me- struis purgationibus teneatur 191	in Neruorum historia usus & functiones non undique rectè Galenum assignasse 169. 170
Musculus à scapula in os u referens im- plantatus 159	Neruorum par interdum cum uenis et ar- terijs series 111
Musculus brachij motuum autor falso cõ- stitutus Galeno, qui 57	Neruorum par secundum an durius ter- tio 127
Musculus carnea constans membrana, in homine deficiens 160	de Neruorum sectione fragmentum an Ga- leno ascribendum 78
Musculus Δ imaginem referens 113. 114	Neruorum uiseriorum foramen 129
Musculus ex carnea membrana in axilla & thoracis latere efformatus 94	Noueomagi Vesaliorum familia monu- menta 197
Musculus monachorum cucullam refe- rens. 115. à Galeno in canibus, non hominibus obseruatus 58	Nymphæ efformatio 142
Musculus scapulam pectori adducens 113	D d 2 Occi-
Musculi definitio qualis apud Galenum no-	

O			
O	Occipitis ossis inter canē aut simiam, et hominem discrimen	47.48	
O	Oculi bouini cuius potius quā humani ad inspectionem adhiberi soleant	157	
O	Oculi colorum in uvea tunica distinctio.	157	158
O	Oculorum musculi, qui post sex priores recensetur à Galeno, usus	157	
O	Oculorū sedes in hominibus à Galeni des- criptione multum differre	47	
O	Olfactus organa	128	
O	de Olfactus organo falsa Galeni senten- tia	181	
O	Omentum non reliquis animantibus ma- ius obtigisse homini	79	
O	Omenti ad colium intestinum nexus	79	
O	Omenti in homine situs à simijs diuersus.	78.80	133
O	Oporini erga Vesalium amor ac studi- um	4	
O	Oporiniane officinae non parum orna- menti ex Vesalij Anatomicorū libro- rum editione accepisse	4	
O	Os u imaginem referens. 102. Galeno in homine non uisum	48	
O	Ossium cōstructionis differētia. 96. 97. 98 in Ossium descriptione Galenum simia- rum, non hominum historiam docere.	46	96
O	in Ossium functionibus referendis non se- mel lapsus Galenus	149	
O	Ossium symphysis	97	
P			
P	Alpebrarū musculos, eorumq; usus de- scribens uariis Galenus	156	
P	Panniculus carnosus	56.57	
P	in Partium functionibus & usibus de- scribendis nō omni ex parte integrum esse Galenum	148. inde	
P	Patella durior quā ut cartilagineum os dici debeat	107	
P	Pectoris os gladio comparatum. 93. in cane & homine quomodo differat.	52	
P	Pectoris ossa quandoque tria in homine.	52	53
P	Pedij ossa	105	
P	Penis historia parum rectē à Galeno tra- data	83	
P	Pentaphylli in Gallico morbo usus	36	
P	Penis musculi	111	
P	Peritonæi usus	171	
P	Peritonæo contentarum partium aliquot descriptiones parum ueræ. 130. inde. earundem rationes, à Galeno parū re- ctē animaduersæ	78	
P	Peritonæo contentorum usus parum rectē à Galeno ubiq; traditus	171.172	
P	Pes homini non longissimus, iuxta Gale- num, sed breuissimus datus	107	
P	Pes quadrupedum propriè quid, et ubi in- cipiat	107.108	
P	Pes simiæ quā homini longior	67	
P	Pedis nomine quid intelligendum.	107	
P	Pedem hominis uno osse à manu separa- ri	109	
P	Pedem mouente s musculi quomodo Gale- ni historiae conueniant.	64.65	66.67.68
P	Pedum digitos mouentium tendinum fuz- tio	164	
P	Pedum in homine & quadrupedibus que- ratio	108.109	
P	Petrus Vesalius medicus	197	
P	S. Pisani cœmeterium Pisis	140	
P	Pisarum academia à Cosmo duce illustra- ta	6	
P	de Pituitæ defluxu falsa Galeni senten- tia	181	
P	Pituitæ ductus parum rectē Galeno obser- uatus	101	
P	Pituitæ excolatio	129	
P	Plantarum è semine procreatio	182	
P	Pollicis flexioni seruentes musculi Galē- no ignorati	8	
P	Pollicis uersus uole medium flexus ratio parum rectē Galeno expensa	61	
P	Ponderum in exhibendis remedijs non æ- qualis semper ratio, et quomodo ea uer- rianda	28.29	
P	Porta uenæ alia in homine quā simia- ramorum series	69	
P	Porta uenæ initium	122	
P	Postbrachialis ossa	105	
P	Praxagoras	84	
P	Prægnantium fundi uteri os cuiusmodi. earundem cōstitus	87.	eadem.
			Principes

I N D E X.

Principes etiam in medicinam sibi imperium uendicare	16	nis origo	138
Prosperi Martelli patricij Florentini à Vesalio dissecti historia	175	Seminalium uasorum in uterum ingressus	86
Puellæ sex annorum sectio	139. item alterius gibbosæ	141	in Seminis excretionis stillationis causa an rectè à Galeno obseruata.
Pueros quoque interdum uenerem appetere	190	179	
Pulmo totius corporis maximum membrum	125	Septiarum acetabula	90
Pulmonis lobus, seu fibra	70. 71. 91. 95	Septi transuersi foramina	115
R			
Radij cum ulna articulatio	104	Sesamoida oscicula Galeno præterita	106
Radij sinuum appendicis, musculorum ac tendinum examen	120	Simiæ pedem humano osse multo longiorum	109
Rhazes decem ad Alamanforem librorum paraphrasis à Vesalio facta quomodo perierit	195. 196	Simiarum aliquot musculi à Galeno etiam hominibus falso attributi	57
Rhab Dioscoridis, siue rhabontici uerimaginus in Gallico morbo usus.	38. eiusdem descriptio	Simiarum, non hominum historiam in Osibus Galenum tradere	46
Rhabonticum uulgare	38	Simias nimium similes hominibus Galenum existimasse	96
Regio morbo confecti anatome cuiusmodi	175	Sparta parilla quid	35. eius usus in morbo Gallico
Remediorum nouorum nullus apud quosdam laudandi finis	14	Spartæ parillæ descriptio	34. 35
Renem dextrum sinistro elatiorem esse, quomodo à Galeno traditum	189	et propinandi modus	34
Renum fabrica à Galeno parum integrè tractata	138	Spartæ parillæ decoctum hispanico scripto comprehensum	200
Reticularis plexus Galeni	101. 127	Stephanus Sala Cæsaris chirurgus	36
in Reticulari plexu describendo multi lapsus Galeni	147	Stomachus an in conexu ad uentriculum angustior	133
S			
Sacrum os dorsalis medullæ gratia exculptum	50	Stomachi cum magna arteria nexum	130
Sacri ossis in homine et simia uel cane discrimen	49. 50. 51	Stomachi neque ductus neque situs rectè à Galeno descriptus	131
Scapula, ipsiusque processuum examen.	53	Stomachi non idem cum magna arteria foramen	130
Scapulæ motores musculi	160. quid in homine et simijs differant	58. 59. 63	Stomachi peculiare à septo transuerso foramen
Scapulam attollentes musculi duo in simijs abundare	94	115. 116	Sudoris eliciendi ratio cuiusmodi
Scapulam pectori adducentis musculi minus, non rectè Galeno cognitum.	113	Sutura inter caninum dentem et proximum ipsi incisorium	47
Semen an fetus effectiuum simul et materiale principium	182	Sutura osium superioris maxillæ	47
Seminalium arteriarum an par cum uenis origo		Suturarum ductus neque in simijs rectè à Galeno descriptus	102
		Suturarum superioris maxillæ historia	93
		Iac. Syluius nostræ ætatis medicorum decus	41
		Syluij ad Vesalium, Galeni errores excusantis, literæ	43
		Syluij discipuli in Vesalium acuentes Syluium, qui	193

I N D E X.

Syluij literarum occasio, quibus à Galeno nihil prorsus perperam scriptum indicabatur	41	Thoraci aperiendo nullos intercostalium musculorum seruire	181
Sylium quoque sufficari in Galeno non omnia esse sana	193	Thoracem agentium musculorum in hominibus & simijs aut canibus discrimen. 59.60. eorundem usus non rectè à Galeno obseruatus	161
Sylium præceptore usus Vesalius, in librorum Galeni de Partium usu prælectione	151	Thoracem mouentium musculorum quartus	115
Symphysis	97	Thorace contentarum partium descriptiones aliquot Galeni parum ueræ.	143
Synarthrosis quid à diarthrosi differat.	97	Tibiæ os in quadrupedibus cuiusmodi.	108
Synarthrosi quæ comprehendat Galenus	96	Tibiæ motus non rectè à Galeno obseruati.	167. item tibiæ ossis sinus 106.107
<b>T</b>		Tibiam mouentes musculi	121. item eorundem usus non rectè à Galeno descriptus
Talus in quadrupedibus cuiusmodi.	108	Tibiam mouentium musculorum in hominibus & simijs discrimen	63
Tarsi ossa	110	Tormentilla usus in Gallico morbo.	36
Temperamentum nonum ex Chrysippo sumptum	197	Triapharmacum	36
in Temporalis musculi usu lapsus Galenus	158	<b>V</b>	
Temporum ossis cavitatis à Galeno prætermissa	100	Vena paris expert cur dicta	74
Tendinis à ligamento discrimen	111	Venæ cauæ ad cor distributio	126
Tendinis duorum primorum pedem agentium musculorum obseruatio. 65. item quarti. eod. & sexti.	66	Venæ cauæ alius in homine quam canis, aut simia ductus	70.71. item toniuge carentis uenæ 71.72
Tendinis natura	112. & usus eod.	Venæ cauæ orificij amplitudo	184
Tendinis sub extremæ manus cute delitescens descriptio	117	Venæ cauæ per septum transversum ductus	95. eiusdem principium. 122. caudex, & ramorum series
Tendinis sub pedis planta latefcentis discrimen in homine & simijs	64	Venæ portæ usus non per omnia bene Galeno consideratus	169
Tendines cur albi	181	Venam à licne in superius uentriculi orificium porrigi, an uerè ab alijs traditum	135
Tendines musculorum pedis digitos mouentium	67	Venam sine pari sub corde oriri, non rectè à Galeno traditum	185
Tendinum aliquot in hominibus et simijs discrimen	60.61	Venarum cubiti & extremæ manus serie plerosque homines inter se differre	75
Tendinum historia parum diligenter Galeno perspecta	117.118. 119.	Venarum descriptiones aliquot falsæ apud Galenum	122. inde. & 127
Terebinthinæ usus	37	in Venarum historia Galenū non indiq; usus et functiones rectè assignasse.	170
Testiū fabrica negligentius tractata Galeno	139	de Venarum historia Galeni argumentū rhetoricum	187
Thoracis cavitatis in homine & simijs, uel canibus diuersa	91	Venarum in brachijs & ingulo series	127
Thoracis uertebrae an transuersis processibus destitutæ	154	<b>Venarum</b>	
Thoracis uertebraarum contextus	102		

Ventrum nullam præter portæ propa- gines uentriculo inferi	133	Vesalius nullo in Anatomicis præceptore usus	172
de Venarum ortu Galeni argumenta pa- rum firma	182	Vesalius suarum in Galenum Annotatio- num ubi meminerit	194
ex Venarum serie desumpta loca, quibus Galenum non secuisse homines colli- giunt	69. inde	Vesalius Syluij in Medicina discipulus	42
Venalis arteria an iccori conueniat.	187	Vesalij Annotationum in Galenum, &c. interitus	195
Venalis arteriæ ortus	185	Vesalij Annotationibus in Galenum que præcipue fuerint tractata	197
Venerca, Chyna uentibus quatenus pro- hibita	32	in Vesalij de Humani corporis fabrica li- bris nihil dum, quod mutari debeat, re- periri, quamlibet frequentibus interint anatomis ab horum editione celebra- tis	176
Veneris hortus, seu umbilicus, herba.	89	Vesalij de Humani corporis fabrica libri non ex aliorum scriptis desumpti	198
Veneris mons in uola apud Chiromantis cos quid 60. idem sex musculis constans	119	Vesalij epistola de Venæ cubiti in laterali morbo sectione	170
Ventriculi fundum cuiusmodi	132	Vesalij epistolæ, de diuersorum affectuum curatione consilia	45
Ventriculi in ipsius orificijs substantia.	133	Vesalij Epitomes figurarum parum dextrè quidam in Anglia imitati	198
Ventriculi orificium superius an à sepe- to transuerso claudi rectè sit tradi- tum	172	Vesalij in Anatomica Galeni Annotatio- nes quàm fuisse utiles, & quàm pa- rum sint posthac expectandæ	192
Ventriculi orificio inferiori claudendo aperiendo ue non præesse glandosum corpus, eidem attributum	172	Vesalij in decem Raxis ad Almanforem li- bros paraphrasit	195. 196
Ventriculi orificiorum historia	115 116.	Vesalij literarum ad Syluium, hic recen- sendarum occasio	45
Ventriculi situs	131. & for- ma.	Vesalij parentes ferè magna parte Medi- cinæ studio clari	197
Ventriculum sinistram corporis sedè ma- gis opplere quàm dextram	131. 132	Vesalij quantum fuerit in inquirendis An- atomicis studiis	194. 195
Ventriculo nullam uenarum à Caua sobo- lem offerri	133	Vesalio melius uisum nouam humani cor- poris historiam scribere, quàm in Ga- lenicam aliquid annotare	193
Vermicularium cerebri processuum usus non rectè à Galeno traditus	181	Vesalio odtingentorū coronatorū stipen- diū à Cosmo Tuscorū duce oblatū	40
Vertebræ cervicis septimæ processus transuersi semper forati	48	Vesaliorum familia non parū ornamen- ti accessisse ex libris de Humani corpa- ris fabrica editis	4
Vertebra thoracis decimam transuers- is processibus non destitui	48. item,	Vesica humana Galeno nõ obseruata	82
indecimam & duodecimam	49	Vesicæ ad peritonæum coalitus	82
Vertebræ in minorum osium numero re- censendæ	96	Vesicæ cervicis, urinaryq; meatus angus- tia	166
Vertebrarum ligamenta siue nexus, & cartilago	119. 117	Visoriorum neruorum foramen	129
Vertebrarum membrana	117	Vlnæ processus acuti descriptio cuiusmo- di apud Galenum	154
Vertebras lumborum peculiari processu destitui in homine	49	Vmbilici uena. 188. humani iccoris uincti- lum	82
Vertebras parū anatomicè à Galeno ad ginglymon referri	98		
Vesalia Cliuiæ urbs, unde oriunda Vesa- liorum familia	197		

I N D E X.

Vrina cuiusmodi Chyna utentibus	30	Vteri quadrupedū cervix longissima.	85
Vrina egerendæ destinati muscoli	165	Vteri qualis consideratio apud Galenum	84
Vrina falsædinis pruritus	179	Vteri sinus ac tunicæ	83
Vrina uoluntariæ retentionis causa	165	Vteri situs, forma, nexus, substantia, etc.	84
Vteri acetabula	89	Vteri strangulatus, ex turgidis admodū	142
Vteri cervicis septum in puellis	142	testibus	142
Vteri cornua	85	Vteri uaccini, non humani, proposita à	139
Vteri fundum 86. eiusdem magnitudo	86	Galeno descriptio	139
88. item cervicis longitudo eod.	86	Vterum humanum à Galeno non esse se-	85
Vteri humani à uaccino discrimen	84	clum	85
85	86	Vterum petentes uenæ & arteriæ	87
Vteri muliebris cervicis longitudo unde	85	V V I T I N G O R V M familie	197
estimata Galeno	85	monumenta	197
Vteri uenæ quomodo Galeno considera-	191		
ta	191		

F I N I S.



ERRATA QVAEDAM INTER COLLIGENDUM  
Indicem obseruata,  
sic emendabis.

Pag. 5. uers. 17. tui consilij 7. 6. imperatorum 25. 10. una aut altera 30. 15. dea  
mulsionem, ac faciei manuumq; 31. 24. animi affectus 33. 4. aliàs & 5. quemadmos-  
dum 36. 13. proponere & 22. Stephanus Sala & 35. animi dotes 38. 29. hypolae  
patbo & 30. rha ponticum 39. 33. unctiõnum 43. 9. prorsus illum 48. 12. obseruauit  
53. 12. cartilagine 55. 30. adhuc superesse 56. 32. qui etiam 57. 1. nugae 58. 3. sumis  
& hominibus 64. 31. diducitur 65. 5. commemorato 67. 13. digitos pedis 70. 31. ina-  
nixa 80. 11. canum intestino & 35. quod nullo 83. 1. Quam 96. 3. non uerarum &  
9. haud rectè & 16. ornari cernuntur 97. 2. utraq; 107. 10. circuitu & 15. ipsi ab  
& 20. longissimum homini 111. 20. utrunq; 112. 5. inculcari & 11. Et si 118. 24. fleas  
cientes, duos 119. 8. feriem; hic & 11. in duos 124. 16. alicubi 126. 12. ubi sub 134. 22.  
perferunt 137. 20. respondet 138. 33. substratum 155. 4. Quum 164. 5. omisisset, his ter-  
dinibus & 25. sectionibus 170. 14. & rursus, qui motu retento, sensus aboleatur  
175. 19. longè 182. 13. ferè 191. 23. in crurum uenas  
197. 15. ac in antiquissima

BASILEAE, EX OFFICI-  
NA IOANNIS OPORI-  
NI, ANNO SALVTIS

• humanae MDXLVI. Mense  
octobri.

